

# Forgotten Books

[www.forgottenbooks.com](http://www.forgottenbooks.com)

Copyright © 2016 FB &c Ltd.

All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher, except in the case of brief quotations embodied in critical reviews and certain other noncommercial uses permitted by copyright law.

U S C U L A  
G R A E C O R U M V E T E R U M  
S E N T E N T I O S A E T M O R A L I A

---

G R A E C E E T L A T I N E

---

C O L L E G I T , D I S P O S U I T , E M E N D A V I T  
E T I L L U S T R A V I T

I O . C O N R A D U S O R E L L I U S

P A R O C H U S A D T E M P L U M S P I R I T U S S A N C T I E T C O L L E G I I  
C A R O L I N I T U R I C E N S I S C A N O N I C U S .

---

T O M U S P R I M U S .

---

L I P S I A E  
I N L I B R A R I A W E I D M A N N I A  
M D C C C X I X .

29280  
4/10/93



175

ALFRED S

MUSEUM

FROM THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE



THE

THE

THE

III

O P U S C U L A  
G R A E C O R U M V E T E R U M  
S E N T E N T I O S A

S I V E  
D E M O P H I L I , D E M O C R A T I S  
S E C U N D I E T S E X T I P Y T H A G O R E I  
S E N T E N T I A E M O R A L E S

---

G R A E C E E T L A T I N E

---

DEMOCRATEM AD CODICIS MANUSCRIPTI PALATINI  
RELIQUOS AD OPTIMARUM ET ANTIQUISSIMARUM  
EDITIONUM FIDEM RECOGNOVIT

PLURIBUS SENTENTIIS SOCRATICIS ET PYTHAGORICIS  
EX IOANNIS STOBÆI ET ALIORUM FLORILEGIIS  
EXCERPTIS AUXIT

PYTHAGOREORUM AUREUM CARMEN ET SYMBOLA  
DEMOGRITI PHILOSOPHI FRAGMENTA, VII GRAECIAE  
SAPIENTUM ET ANACHARSIDIS SENTENTIAS, PORPHYRII  
EPISTOLAM AD MARCELLAM UXOREM, NILI ASCETAE  
SENTENTIAS CHRISTIANAS ALIAQUE OPUSCULA MINORA  
NEC NON DIVERSORUM PARAPHRASES ET IMITATIO-  
NES HARUM SENTENTIARUM POETICAS ADIECIT, NOTIS  
PRIORUM EDITORUM PARTIM INTEGRIS, PARTIM  
SELECTIS ALIORUMQUE UNDIQUE CONQUISITIS  
SUAS ADDIDIT

I O . C O N R A D U S O R E L L I U S

P A R O C H U S A D T E M P L U M S P I R I T U S S A N C T I E T C O L L E G I I  
C A R O L I N I T U R I C E N S I S C A N O N I C U S .

---

L I P S I A E  
I N L I B R A R I A W E I D M A N N I A  
M D C C X I X .

---

P U B L I C A

C O R U M A M E R I C A N I

S E N T E N T I A

S I V E

D E M O C R A T I A

E T S E C T I P A T R I A R I A

M O R A L I A

E T L A T I N E

IN OMNIBUS PARTIBUS

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

REPUBLICAE AMERICANA

## P R A E F A T I O.

---

**V**irorum eruditorum, qui Seculo XVI. rei scholasticae in Germania Helvetiaque restaurandae operam dederunt, praeclara de Graecis et Latinis literis merita vel hodie magni aestimantur dignissimisque celebrantur encomiis ab illarum literarum cultoribus doctissimis. Vix enim, quibuscunque priorum temporum institutis notis, invenies alios, quibus plus debeant ea, quae vocantur humanitatis studia, quam viris illis immortalibus, qui laudabili admodum et salutari consilio in hoc ante omnia curam suam industriamque posuerunt, ut scriptores veteres optimos et probatissimos quosque, quorum editiones rarissime antea inveniebantur in his regionibus, et ex Italicis tantum Aldorum atque Junta- rum officinis immani saepe pretio comparandae, locupletioribus solummodo usui esse poterant, novis editionibus modico aere parabilibus et omnibus, quae temporum illorum conditio, librorumque impressorum raritas patiebatur, interpretationis subsidiis instructis, publici quasi juris facerent, cunctisque adeo istarum literarum amantibus ad purissimos illos et affluentissimos verae humanitatis doctrinaeque multifariae fontes aditum expeditiorem redderent. Verum ne hoc quidem labore arduo sane magnoque contenti, fecerunt amplius, et, quod hodie rarissime factum merito dolemus, minora etiam sapientiae veterum monumenta, quae gemmarum ad instar breviori gyro res continebant quan-

tivis pretii, ea inprimis, quae facerent ad animos boni pulchrique (*τῆς καλοκάγαθίας*, ut Graecorum vocabulo utar) amore imbuendos, vel e bibliothecarum adytis deprompta, vel hinc inde variis in libris dispersa in unum colligentes tanquam aureos torques gemmatosque tradiderunt adolescentibus ipsorum institutioni commissis, atque adeo hac ratione quibuscumque cum eruditionis verae solidaeque tum virtutis honestatisque studio flagrantibus locupletissimos aperuerunt humanitatis thesauros. Quid quod et pulcherrimos quosque veterum scriptorum locos sententiasque egregias vel orationibus disertis exornantes, vel commentationibus doctis illustrantes, vel adeo versibus reddentes elegantissimis eo altius firmissimisque imprimebant discentium animis: qua in re ex nostrae aetatis hominibus, imitatores invenerunt sane quam paucissimos.

Inter hos viros, quorum de literis humanioribus merita nulla delebit temporum longinquitas, praeter tres illos coryphaeos, Desiderium Erasmus Rotterodamum, Philippum Melanchthonem et Conradum Gesnerum, patriae nostrae insigne decus et verissimo nomine Plinii Helvetiorum nuncupatum, maxime excellent duumviri doctissimi, Joachimus Camerarius Papenbergensis et Michael Neander Soraviensis, quorum, prioris Libelli Scholastici, Gnomologici, Politici, Hippocomici, alterius Opus sic dictum Aureum et Scholasticum vel hodie in existimatione sunt apud eruditos, et, si quando in auctionibus venales prostant, ob eximiam cum praestantiam tum raritatem magno saepe pretio veneunt. Quod Neandri opus cum ante biennium aliud agens pervolvissem, illico viri egregii exemplo incitatum me sensi ad simile quid moliendum novamque prioribus multo locupletiores, et quam fieri liceret plenissimam collectionem parandam Opusculorum Sententiosorum et Moralium variis in libris dispersorum et per omnes fere Graeciae linguae aetates cum a deo-

rum cultoribus tum ab auctoribus Christianis et antiquis Ecclesiae patribus conscriptorum, eorum videlicet, quae scripta essent sermone pedestri, quatuor vel quinque voluminibus comprehensam et necessariis criseos aequae ac interpretationis subsidiis instructam. Cujus collectionis primum, jam tibi volumen offero, lector benevole, paucis te docens, quid in eo sit praestitum quibusque in eo parando usus fuerim cum Codicum Manuscriptorum tum editionum priorum aliorumque librorum praesidiis.

Agmen ducit Demophilus, incertae aetatis collector similitudinum aequae ac sententiarum Pythagoricarum, quem cum Democrate et Secundo primus e tenebris eruit ediditque, e Codicibus Vaticanis et aliis Lucas Holstenius Romae 1638. duodenis: quae editio deinceps aliquoties repetita est, novissime cum Holstenii notis suisque et nonnullis Codicis Gudiani in Secundum additamentis a Jo. Adamo Schier Lipsiae 1754. 8. inserta etiam est Thomae Galei collectioni Opusculorum Mythologicorum, Physicorum et Ethlicorum Cantabrigiae 1671. et Amstelaedami 1688. excusae. Haec autem Demophili collectio compendium esse videtur collectionis locupletioris multo, qua, in Aristonymi fortasse tomariis contenta, usi olim fuere Joannes Stobaeus, Antonius Melissa et Maximus monachus, qui ex ea haud paucas similitudines Pythagorae, Socratis, Plutarchi aliorumque nominibus inscriptas inseruerunt Florilegiis suis. Quamobrem operae pretium duxi singulas similitudines, quae in amplissimis istis collectaneis continerentur, excerpere, addereque Demophileis: Plutarcheas vel potius illius, sed falsissime, nomen ferentes, cum extremum volumen editionis Wytttenbachianae, quo continentur, adhuc desideraretur in bibliotheca nostra civica, tandem iis, quae Hutteni editio exhibet, contentus, tanquam supplementum rejeci ad calcem hujus voluminis. In explicandis illis sententiis adhibui praeter



varios libros virorum doctorum, qui ἐν παρόδῳ et aliud agentès nonnullas illustrarunt; inprimis Strothii Chrestomathiam earum delectum exhibentem, et versionem Francogallicam Levesquii sic inscriptam: *Sentences de Theognis, de Phocylide, de Pythagore, et des Sages de la Grèce, recueillies et traduites par M. Levesque, Paris, chez Didot: 1785. in 12.*

Demophili similitudines ac sententiàs excipiunt aliae sententiæ Pythagoricae. Harum duplex exstat collectio, utraque libris rarissimis adnumeranda, prior sic inscripta: *Pythagorae Fragmenta, quae ad nostram aetatem pervenerunt, nunc primum e diversis auctoribus tam sacris quam profanis collecta et conjunctim in lucem edita studio et opera Joachimi Zehneri, Lipsiae apud Thomam Schurerum 1605. octonis,* altera Conradi Rittershusii, tanquam singularis libellus, ad calcem addita illius editioni Malchi sive Porphyrii de vita Pythagorae, Altdorfii anno 1610. excusae. Quarum, dum in edendis explicandisque his sententiis occupatus essem, priore tantum uti licebat, donec et Rittershusianam, multo labore conquisitam, ab amico quodam commodatam acciperem, unde sententiàs breviores, quae in Zehneri collectione desiderantur, ad hujus voluminis calcem excerptas dedi, reliqua autem Fragmenta Pythagorica reservavi volumini secundo; quod inter alia continebit Archytae et aliorum Pythagoreorum Fragmenta Moralia, cum ea quae Thomas Galeus inseruit Opusculis suis Mythologicis, tum alia etiam a Jamblichò, Stobaeo aliisque servata.

Aureum carmen Pythagoreorum, tanquam a consilio et instituto collectionis nostrae non poetica sed prosaica tantum continentis alienum, primo omittere in animo erat: at vero reputans, carmen hoc haud minimi momenti esse ad intelligenda cum reliqua praecepta tum inprimis symbola Pythagorica; recepi illud e recensione Brunckii, cum duabus versionibus metricis, prima

Viti Amerbachii, altera Henrici Smetii in collectione Rittershusiana contenta. Adjeci etiam cum varietatem lectionis ex editione Glandorfii excerptam, tum annotationes paucas quidem sed doctissimas G. H. Schaeferi Viri Clarissimi editioni Poetarum Gnomiôrum Brunckianae novissimae Lipsiae anno 1817. excusae additas. Plura, inprimis accuratiorem illius carminis interpretationem si qui desiderent, hos ablego cum ad editiones Schierii, Glandorfii et Fabri d'Olivet necessariis interpretationis subsidiis satis superque instructas, tum ad novam, quam ipse, deo volente, paraturus sum, editionem aurei Hieroclis commentarii in versus aureos.

In symbolis Pythagoricis, quorum collectionem dedi prioribus haud paulo plenior, illustrandis et explicandis, praeter Jamblichi et Porphyrii scripta Pythagorae cum vitam tum doctrinam exponentia ex editione novissima Kiesslingii Viri Doctissimi et Desiderii Erasmi Adagiorum opus, usus sum inprimis Lili Gyraldi commentario in haec symbola in ejus Operibus Lugduni Batavorum anno 1696. editis contento, nec non Dacerii libro inscripto: *Bibliothèque des anciens Philosophes Paris 1771.* duobus voluminibus octonis. In usum quoque vocavi, quae recentiores quidam, v. c. Meinersius in l. t. *Geschichte der Wissenschaften in Griechenland und Rom*; Fridericus Creuzerus V. S. in praestantissimo opere inscripto: *Symbolik und Mythologie der alten Völker*, alique attulerunt ad illustranda haec aenigmata.

Sequuntur Democratis vel potius Democriti sententiae. Nam ipsius philosophi Abderitae Fragmenta esse tantum non omnia, quae nomine Democratis inscripta leguntur in collectionibus Holstenii et Galei, nemo facile inficias ibit, quisquis sententias hasce penitus consideraverit. Videlicet scribendi genus, orationis colorem, dialectum Ionicam, ipsorum denique praeceptorum brevitatem et praestantiam quod attinet; pleraque

illorum, cum reliquīs Democriti Fragmentis ab Henrico Stephano collectis, adeo congruunt, ut ovum ovo similis reperire vix possis. Quid quod Stobaëus etiam, qui illarum sententiarum plerasque in Florilegium suum recepit, omnibus Democriti nomen adscripsit, adeo ut verosimillimum sit, Democratis nomen, quod cum Codices Manuscripti praeferunt, tum Antonius et Maximus, citant, vel nomen fuisse collectoris, non auctoris, harum sententiarum, vel corruptum esse ex nomine Democriti. In his sententiis Democrateis maximopere mihi profuit Codex MStus Palatinus, asservatus in Bibliotheca Universitatis Heidelbergensis, cujus Codicis Fredericus Creuzerus, vir doctissimus et multis nominibus mihi laudandus, certior factus de consilio meo novam ejus Opusculi editionem parandi, pro insigni sua humanitate benevole mecum communicavit collationem accuratissime factam a juvene erudito Christiano Felice Baehr, Seminarii Philologici Heidelbergensis sodali, hac illius Codicis adjuncta notitia. „Codex Palatinus hom-  
 „bycinus No. 356. qui Democratis et Democriti senten-  
 „tias continet, multa praeterea habet haud spernenda,  
 „praecipue Epistolarum atque Sententiarum ex genere:  
 „quae omnia cum accuratius enarraverit Wilkenius in  
 „libro, qui inscribitur: *Geschichte der Heidelbergi-*  
 „*schen Buchersammlung. Heidelb. 1817. pag. 287 seq.*  
 „nolim hic repetere. Unum monebo, quod a Wilkenio  
 „V. D. omissum video, post No. 45. (vide l. l. p. 288.)  
 „in Codice sequi sententias selectas Democriti, Epicteti  
 „aliorumque sapientum, atque deinde selecta divino-  
 „rum Patrum et ex Novo et Antiquo Testamento. Est  
 „vero hic Codex iis, qui Codices tractare jam didicerint,  
 „sic satis commode scriptus, quamquam nonnullis in  
 „locis, potissimum propter scribendi compendia, qui-  
 „bus haud raro utitur, difficultatem exhibeat. Accedit,  
 „quod subinde literae sunt oblitteratae et evanidae, at-  
 „que etiam chartae laceratae et maucae. Aetatem hujus

„libri, quod attinet, minime quidem, quantum ego intelligo, aequare; ille videtur alios Codices, qui hic asservantur (ut Plutarchi Codices aliosque), in reliquis tamen excellere: id quod praeter alia multa inprimis characterum ductus atque scribendi compendia arguunt.“

Haec Baehrius. Hujus itaque Codicis collatione aliisque praesidiis adjuto sententiarum, quae Democratis nomen ferunt, novam plane recensioem dare mihi licuit; cum restituto Ionismo, qui in Holstenii editione saepissime in communem dialectum mutatus est, correctiorem, tum etiam tribus quatuorve sententiis, licet iis corruptissimis, auctiorem.

Sententiis bisce Democratis vel Democriti addidi et reliqua, quotquot reperiri poterant, Democriti Fragmenta moralia, vere aurea, a Stobaeo aliisque servata, cum versione latina partim Conradi Gesneri, partim Th. Stanleji; praeter ea, quae jam Henricus Stephanus Poesi suae Philosophicae ad calcem adjecerat, ex aliis scriptoribus, inprimis Antonii et Maximi collectaneis, ad numerum 182 adaucta, cum Stephani collectione tantum 115 continerentur. In his Fragmentis ex parte corruptissimis restituendis insignem mihi operam navavit patruelis meus amicissimus, Casparus Orellius, Professor tum Rhaeto-Curiensis, jam vero post obitum Clarissimi Hottingeri ad Eloquentiae et Hermeneutices in gymnasio Turicensi docendae munus vocatus, vir cum editione sua duplici orationis Isocrateae *περὶ τῆς ἀντιδόσεως*, tum aliis libris, quibus literas Graecas Latinasque, maxime vero Italicas illustravit, haud vulgare inter eruditos nomen adeptus, qui benevole mecum communicavit conjecturas suas et emendationes in Fragmenta quaedam corruptiora, quas singulas suo loco annotationibus meis inserui. Etiam Physica Democriti Fragmenta non plane negligenda duxi: recepi itaque ea saltem, quae continebat Henr. Stephani collectio, sed

cum aliena essent a nostrae collectionis instituto, versionem latinam nullam addidi adnotationesque perpaucae, eas tantum, quae inter legendum illico se mihi offerebant.

Democriteas sequi jussi sententias et apophthegmata VII illorum, quos κατ' ἐξοχὴν Sapientum nomine decoravit Graecia. Horum triplex collectio jam ex antiquitate aetatem tulit, prima Demetrii Phalerei nomine inscripta (verene an falso, alii viderint), quam servavit nobis Stobaeus Capite IV. περὶ φρονήσεως, altera brevior Sosiadae cujusdam ab eodem Stobaeo servata eodem Capite, tertia denique e Codice aliquo antiquo edita ab Aldo Manutio cum Theocrito, Theognide et aliis anno 1495. cujus libri rarissimi exemplar asservatur in Bibliotheca Turicensium civica. Sed praeter has collectiones antiquas aliae etiam eorundem sententiae dispersae leguntur apud Diogenem Laertium, Plutarchum, Stobaeum, Antonium et Maximum aliosque, quas ex parte collegit, latina interpretatione et notis eruditis illustravit Leonhartus Lycius, vir perquam doctus et optimus ante Casaubonum Theophrasti interpres; in libello admodum raro, cujus titulus hic est: *Praecepta vitae honestae et laudatae, breviter et commode pronuntiata a septem praestantissimis viris, qui, cum uno tempore in Graecia viverent, et habiti et vocati fuere sapientes; opera Leonhardi Lycio latine versa et breviter explicata. His adjunctus est libellus Dionis Prusaensis valde utilis et bonus, de non temere credendo, a Joachimo Camerario versus et explicatus. Lipsiae in officina Ernesti Voegelini 1562.* qui libellus in meo saltem exemplari tanquam altera pars adjectus est ejusdem Lycii editioni Characterum Theophrasti Lipsiae eodem anno impressae, de qua talium rerum intelligentissimus arbiter Jo. Frid. Fischerus ὁ μακαρίτης in praefatione ad suam editionem Theophrasti hoc tulit judicium: „Leonhartus Lycius, Francus,

„fuit tum (cum Theophrastum ederet) magister God-  
 „fridi Camerarii Joachimi filii, cui inscripsit editionem,  
 „octonis, sed ita, ut adjecerit non solum versionem la-  
 „tinam novam, verum etiam animadversiones vel cri-  
 „ticas vel historicas. Quae etsi unam modo plagulam  
 „et dimidiam complent; tamen magna in iis comparet  
 „et ingenii felicitas et doctrinae ubertas atque copia au-  
 „ctoris, quem fere in omnium hodie ignoratione ver-  
 „sari, ut multos alios de literis bonis egregie meritos  
 „viros, quis miretur? quum pauci reperiantur, qui  
 „libros Graecos et Latinos legant: quum nunc verna-  
 „culi tantum scriptores floreat, omniumque ore et ser-  
 „monibus celebrentur: quibus tamen valde vereor ne  
 „brevi idem accidat, ut adeo nomina eorum etiam inter  
 „suos populares ignorentur.“ Haec Fischerus, cujus  
 „judicio equidem toto animo subscribens, indignumque  
 „existimans nomen atque memoriam viri de literis hu-  
 „manioribus bene meriti oblivione deleri, Lycii adnota-  
 „tiones in has VII Sapientum sententias, cum bonae fru-  
 „gis plenae eademque laude, qua notae ipsius ad Theo-  
 „phrastum, dignae visae essent, integras recepi meisque  
 „observationibus inserui. Usus sum etiam editione per-  
 „rara Othm. Luscinii (*Nachtigall*), qui collectionem Al-  
 „dinam cum versione latina satis misera repetiit in libello  
 „sic inscripto: *Collectanea sacrosancta graece discere cu-  
 „pientibus non aspernanda*, Argentorati ap. Jo. Schottum  
 „1515. forma 4ta, et alia interpretatione latina multo me-  
 „liore Desiderii Erasmi contenta in l. t. *Praecepta Mo-  
 „ralia. Mimi Publiani, Catonis Disticha* etc. Basileae  
 „1521. quaternis. At vero cum sententiae eorundem non  
 „paucae hinc inde dispersae Lycii fugissent diligentiam,  
 „has ex variis scriptoribus collectoribusque, imprimis ex  
 „Anthologia epistolarum et sententiarum Patavii 1710.  
 „duodenis edita aliisque libris excerptas addidi, hand-  
 „neglectis etiam Anacharsidis et Mysonis, qui iisdem VII  
 „Sapientibus a nonnullis adnumerantur, sententiis et

apophthegmatis; quotquot apud Laërtium, Stobaeum aliosque reperiri poterant.

Qui excipit hos VII Sophos, Secundus philosophus, heu quantum hic distat ab illis; homo ineptissimus a sapientissimis! Cujus sententias sic vocatas, si dli placet, vel potius comparationes aut definitiones rerum naturalium aliarumque absurdissimas plerumque et plane ridiculas libens, equidem ex hac collectione exulare jussissem, nisi rationem habendam censuissem redemptoris honestissimi, qui putabat, haud paucos scriptorum veterum vel lectores vel coemptores gravate laturus esse, si aliqua, quae in prioribus collectionibus Holstenii, Galei, Schierii etc. contenta fuissent, in nostra desiderarentur. Cumque attentius philosophastrum illum perlegens nonnulla animadvertissem, quae ad graecitatem in deterius vergentem accuratius cognoscendam haud levissimi momenti essent, istis quoque sententiis, tum vitae Secundi a Schierio e Codice Gudiano descriptae, insulsae plane ac barbarae, illustrandis aliquam operam navavi, additis tribus versionibus latinis antiquis, quarum duas priores jam Galeus receperat, tertia praeter Secundi aliorum etiam et quidem melioris notae comparationes continens, inscripta: *Altercatio Hadriani Augusti et Epicteti philosophi*, annexa legitur variis Enchiridii Epictetei editionibus, emendatius vero edita est a Jo. Alb. Fabricio in Bibliotheca Graeca Tom. XIII. pag. 557 seqq.

Secundo, inepto homini, cum Galeo comitem dedi virum sanctissimum et sapientissimum, Sextum, sive, ut alii volunt, Sixtum vel Xystum, utriusque rationibus usi a vero haud plane abluentibus. Res scilicet ita se habere videtur. Sextus quidam (quem Saxius in Onomastico literario pag. 353. aequalem facit Tiberio Augusto) philosophus Stoicus et Pythagoreus (minime confundendus cum Sextio illo, quem Seneca Epist. LIX. laudat tanquam *virum acrem*, Graecis verbis, Romanis mo-

ribus philosophantem) edidit vel collegit potius veterum Pythagoreorum morales sententias. Quas cum sanctissimas piissimasque, adeoque (praesertim cum in illis summi numinis nomen usurpatum esset ubique singulari in numero, quasi de deo uno veroque sermo sit) non deorum cultore, sed Christiano homine dignissimas cognovisset. Sixtus sive Xystus, homo Graecus et Atheniensis, utque traditio fert, ex Philosopho Episcopus Romanus, secundus hujus nominis, Stephani anno Christi 257. in sede Apostolica successor, (Vide Schroekhii Hist. Ecclesiast. Tom. IV. pag. 225 seqq.) has sententias, intermixtis aliis permultis cum e sacra scriptura, tum ex antiquioribus ecclesiae patribus, imprimis Clemente utroque et Romano et Alexandrino aliisque petitis, fortassis et suis quibusdam, omissis contra, quae rationibus suis minus essent accommodatae, tanquam Opusculum mere Christianum Graece publicavit sub titulo: *Εγχειρίδιον Σέξτου* vel *Σίξτου*; nam utrumque nomen occurrit apud Joannem Damascenum, qui ex eo pauca quaedam excerpit in Parallelis sacris. Antonius autem et Maximus usi videntur pleniore Sexti Pythagorei collectione, sententias quasdam adferentes, quae in hoc Enchiridio desiderantur. Hanc itaque Sixti Pontificis collectionem deinceps latine reddidit Rufinus, presbyter Aquilejensis; versionibus latinis Patrum Graecorum, v. c. Eusebii, Origenis aliorumque clarus, in usum amici sui Aproniani ejusque sororis vitam monasticam amplectentium rebusque mundanis valedicentium, titulumque inscripsit *Annuli aurei*. Sed verum vidisse Galeum et Fabricium, quibus adstipulatur et Christ. Saxius, contra Urbanum Siberum, has sententias ad unam omnes Sixto II. Romano Pontifici vindicantem, argumentis firmissimis probantes, fundum illarum sententiarum esse non Christianum, sed Pythagoricum, hoc luce clarius facit praeter Demophilum, apud quem duo decim circiter harum sententiarum Graece leguntur;



Porphyrius maxime, acerrimus ille Christianorum hostis, qui in novissime reperta ad Marcellam uxorem epistola sententias centum et amplius graecas exhibet, omnes a Rufino latine versas. Hujus vero Enchiridii Rufiniani in Codicibus MStis exstat recensio duplex, una stilo inculto prorsus et horrido scripta, qui videtur ipsius esse Rufini textus, quem sequuntur Erasmus, Siberus et alii, altera autem comptior haud paulo et elegantior, qua usi sunt Thomas Galeus et Joannes a Fuchte, qui Xysti philosophi, Laurentii Pisani et Thalassii Episcopi sententias conjunctim edidit Helmstadii 1615. octonis. Nos, praemissis paucis Graecis Sexti sententiis, ab Antonio potissimum Maximoque servatis, Enchiridii, Rufiniani textum dedimus Galci, varietate aliarum editionum adnotata in Animadversionibus nostris, in quibus cum ex amplo Urbani Siberi commentario, quae lectoribus usui esse poterant, excerpimus, tum alia, quae explicatione aliqua indigere viderentur, pro virum modulo ipsi illustravimus, comparata in singulis fere sententiis Porphyrii ad Marcellam epistola. Sexto ob argumenti similitudinem adjunximus Pseudo-Senecam, vel potius Martinum Episcopum Braccarensem, qui circa annum Christi 560. claruit, (Vide J. A. Fabricii Biblioth. Lat. Tom. II. pag. 118. ed. Ernesti) cujus libellum de moribus, quoniam Pythagoricas quasdam aliasque sententias ex scriptoribus deperditis petitas continere videbatur, dedimus, usi editione ejus triplici, prima Desiderii Erasmi, annexa ejus editioni Operum Senecae philosophi, altera, quae inserta est Bibliothecae, S. Patrum maximae, Lugduni impressae, tertia tandem in editione perrara Paraeneseos Isocratis cum Agapeto et aliis publicata, Genevae apud Jo. Tornaesium 1610. duodenis.

Sequitur Porphyrii Epistola ad uxorem Marcellam, qua illam peregre-ahiens hortatur ad philosophiae Pythagoricae et virtutis studium; quod ob sententias vete-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



cultores fuerint, maximi facientes et coementes cupidissime, Patrum Ecclesiasticorum vel aliorum Christi cultorum scripta contemnunt, illecta reponunt, imo ludibrio habent, quasi Christianum fuisse et barbarum unum idemque sit. Quin potius iudicio Censoris Arnobii nostri Jenensis intelligentissimi, de neglectu Patrum ecclesiae tot res egregias lectuque dignissimas, imo ex reconditoris doctrinae thesauris petitas continentium, graviter conquesti, toto animo nostrum addentes calculum, constituimus, quantum in nobis esset, illos ab eo, quem minime merentur, vindicare contemptu, singulis hujus collectionis voluminibus addentes aliqua saltem Christianorum scriptorum opuscula, talia scilicet, quae ad mores emendandos facerent.

Ipsam Nilum quod attinet, cum ex Antonii et Maximi Collectaneis, tum praecipue e Joannis Damasceni Parallelis sacris, quorum usus sum editione Lequiniana omnium plenissima, Sententias ad numerum 546 adauxi, cum editiones, quas supra memoravi, habeant solummodo 229, addidi etiam, praeter versionem Neandri ex Schoningtoniana aliquibus in locis emendatiorem, paraphrasin metricam Michaelis Toxitae elegantissimam, cujus libelli perrari titulum vide pag. 376., quae paraphrasis incipiens a Sententia 25. pertingit ad finem usque collectionis Neandri, sive priores 24 Sententias in Codice suo non legerit Toxites, sive, quod credere malim, tanquam spurias et aliunde adsutas rejecerit, quod de quibusdam, e. c. Sententia 2. et 6., quae legebantur supra inter Pythagoreas, omnino verissimum est. In Nilo illustrando, qui haud pauca habet ex antiquitatibus ecclesiasticis explicanda, maximopere mihi profuit Jo. Caspari Suiceri nostratis Thesaurus Ecclesiasticus e Patribus Graecis. Sed plura alia restabant labore haud parvo aliunde conquirenda.

Agmen, denique claudunt Opuscula quaedam minora, ut Gregorii Nazianzeni Monosticha Iambica per

Alphabetum, Sententiae variorum de invidia ab Aldo Manutio cum VII Sapientum Apophthegmatis e Codice aliquo antiquo editae, adjectaeque Theognidi; Theocristi Sententiae editionibus Stobaei a Conrado Gesnero curatis ad calcem additae, tandem, ut diximus, Supplementa cum Similitudinum Plutarcho adscriptarum, tum Sententiarum Pythagoricarum e Conradi Rittershusii collectione, adjuncta vita brevi Pythagorae a Joachimo Zehnero e variis scriptorum veterum locis consarcinata. Minime etiam negligendas putavi virorum quorundam doctissimorum cujuscunque confessionis, qui Seculo XVI. et post effloruerunt, Camerariorum, Geleniorum, Baldaeorum etc. versiones vel imitationes poeticas sive integrorum opusculorum, sive sententiarum quarundam eximiarum, ut adolescentes nostri ad altiora tendentes; si vel egregia illa verae eruditionis et solidae exemplaria imitari et assequi desperaverint, habeant saltem, quod admirentur, legantque cum summa et utilitate et voluptate.

Isthoc autem primum nostrae collectionis volumen, si deus optimus maximus vitam viresque concesserit, temporis spatio, quam fieri licet brevissimo, sequentur alia quatuor, ex quibus secundum continebit Pseudo-Isocratis Paraenesin ad Demonicum, Cynicae philosophiae principum, Antisthenis, Diogenis, Cratetis, Monimi et Demonactis, Sententias et Apophthegmata, Archytae aliorumque Pythagoreorum fragmenta moralia Dorico sermone conscripta multoque auctiora iis, quae habet Galei collectio, Sexti Disputationes Antisepticas, Eusebii Philosophi fragmenta Ionica a Stobaeo servata, Aristippi aliorumque Hedonicorum sententias, exceptis Epicureis, quas peculiari libello dare in animo est, Apophthegmata variorum ex Serini et Aristonymi scriptis a Stobaeo excerpta, Amphiloerii Epistolam ad Seleucum de recta vitae ac studiorum institutione, aliaque nonnulla Christiana Opuscula.

Tertium volumen complectetur ante omnia Stoicorum, Zenonis et Chrysippi, Sententias morales et Apophthegmata, Phavorini, Musonii, Teletis, Junci, Hieracis aliorumque Fragmenta, cum ea, quae Stobaeus servavit, tum alia, quae Wyttenbachius vir summus ex antiquis Codicibus anecdota edidit in praestantissimo opere Miscellaneorum *πολυμαθείας*, Claudii Galeni libellos vere aureos de cognoscendis et corrigendis cum affectibus tum vitiis animi, Andronici Rhodii Opusculum *περὶ παθῶν*, Aristotelis, Philonis Judaei, Gemisti Plethonis et Incertorum quorundam libellos de virtutibus et vitiis, Nili tractatum de octo vitiis, Maximi confessoris sententias aliaque.

Quarto tandem et quinto volumini destinata sunt Praecepta veterum ad reges civitatumque principes et eorum subditos, scilicet Isocratis Orationes II Nico- cleae, Pythagoreorum Fragmenta Politica et alia quaedam Excerpta ex Stobaei Capitibus de Rege, Republica, Legibus etc. porro scriptorum Christianorum Opuscula quaedam huc spectantia, Synesii liber de Regno, Agapeti Diaconi Scheda regia, Theophylacti, Bulgariae Episcopi, Institutio Regia, Imperatorum Orientis, Basilii Macedonis, Constantini Porphyrogennetae et Manuelis Palaeologi, Praecepta ad filios, Pilpaii, philosophi Indi, liber *Kelila Damna* ex versione Graeca Simeonis Sethi inscriptus *Στεφανίτης καὶ Ἰχνηλάτης*, tandem, qua claudetur tota collectio, Chrestomathia e Confucii, Sinarum philosophi, sententiis e versione latina Coupleti et Noeli, Patrum societatis Jesu, omnia aliorum partim integris, partim selectis nostrisque animadversionibus illustrata.

Cumque haec collectio major, locupletioribus tantum destinata, pretiosior sit, quam ut a quibuscunque Graecarum literarum cultoribus comparari possit, pauperiorum etiam rationibus consultum ire studebo, daturus aliquando collectionem brevioris forma minore,

(quae, omiſſis reliquis, continebit tantum Sexti ſententias e Porphyrii Epistoſa aliisque libris excerptas, Demophili et reliquorum cum Pythagoreorum tum Socratio-  
 rorum ſententias et ſimilitudines, Democratis ſententias, Democriti Fragmenta et Apophthegmata VII Sa-  
 pientum cum Isocratis, quae fertur, Paraeneſi ad De-  
 monicum,) inſtructam notis brevibus criticis et diffi-  
 cilio-  
 rum vocabulorum Glossario.

Denique non poſſum non gratiſſimo animo com-  
 memorare G. H. Schaeferi, Viri doctiſſimi et de priori-  
 bus meis in hoc literarum genere ſpeciminibus meritiſ-  
 ſimi, eximiam curam ac diligentiam in purgando et  
 emaculando hoc primo volumine a vitiis typographicis,

Vale, benevole lector, et noſtris laboribus fruere.

Scribebam Turici Helvetiorum

15 Aprilis 1819.

# NOTITIA LITERARIA

DE

SECUNDO, DEMOPHILO, DEMOCRATE

ET

SEXTO PYTHAGOREO

Ex Jo. Alb. Fabricii Bibliotheca Graeca Lib. II. Cap. XIII.  
(Tom. I. pag. 866 seqq. ed. Hailes.)

---

**S**ecundus Atheniensis, Herodis Sophistae magister, sub Adriano Imp. clarus, a Vincentio Bellovacensi XI, 70: Speculi historialis traditur Pythagoricam vitam duxisse, et omni tempore silentium servasse. Ravisius Textor in Officina auctorem, nescio quem, Diogenem vel Diogenianum laudans p. 1520. „Secundus philosophus cum matri nescienti, esse filium, se commiscuisset, et illa, facto cognito, sceleris horrore intulisset sibi mortem, ipse quoque cum incestus poenitentia, tum dolore maternae mortis aeternum tacuit, ut ulcisceretur vocem, qua in concubitu matri innotuerat.“ Fertur narratiuncula MS. ejusdem argumenti graeca scriptore anonymo, cujus et ipse apographon possideo, in qua perinde ut apud Vincentium subjungitur, Secundum hunc frustra ab Adriano imp. etiam mortis injecto per spiculatorem metu sollicitatum ad loquendum, denique ad quaesita ejus scripto respondisse. \*) Nihil ejusmodi de hoc Secundo legas apud Philostratum, qui de illo agit lib. I. Sophist. pag. 545. 2), et, quod fabri filius esset, ἐπίθυ-

ρον, vocatum testatur, pro quo ἐπίουρον <sup>1)</sup> legunt Meur-  
 sius VI, 9. Attic. Lect. idem in Critico Arnobiano p. 109.  
 Salmas. ad Solinum p. 775. Bochartus in Geographia  
 S. p. 718. et Holstenius in praefat. ad Secundum, facili  
 e Suida emendatione, apud quem et ipsum altum est  
 de fabula illa silentium; contra non levis occurrit er-  
 ror, quod Secundum hunc cum Plinio Secundo con-  
 fundit. Sed propemodum assentior Meursii conjecturae,  
 qui negandi particulam in Suidae codicibus excidisse  
 putat <sup>4)</sup>, legitque οὐχ ὅς ἐχρημάτισε Πλίνιος, ut paullo  
 post Ἡρώδου pro alieno ac vitioso Ἡροδότου. Quan-  
 quam certum est, hunc errorem erratum etiam ab aliis,  
 quandoquidem in editionibus quibusdam sententiarum  
 Secundi, ut Monasteriensi an. 1597. <sup>5)</sup>, quam in sua No-  
 titiae dignitatum Imperii editione Paris. 1651. 12. ab  
 hoc tamen errore immunis secutus est Philippus Lab-  
 beus, hunc videas titulum praefigi: Altercatio Hadriani  
 Imp. et Plinii Secundi. Ceterum responsa Secundi  
 Atheniensis ingeniosa et aenigmatica graece et latine  
 primus e bibl. regis christianissimi in lucem edidit Lu-  
 cas Holstenius cum Sallustii philosophi libello de diis,  
 Demophili <sup>6)</sup> similitudinibus et sententiis elegantissi-  
 mis ἐκ τῶν Πυθαγορείων, (quas βίου θεραπείαν sive Vi-  
 tae curationem inscripsit auctor) et Democratis <sup>7)</sup> philo-  
 sopheri vere aureis sententiis, sententiisque non minus  
 egregiis Sexti Pythagorei, sed his quidem postremis ex  
 sola, quae aetatem tulit, Rufini versione Rom. 1658. 12.  
 Lugd. Bat. 1638. 12. et in Opusculis mythologicis, ethi-  
 cis et physicis junctim editis a Th. Galeo Cantabrig.  
 1670. 8. et Amst. 1688. 8., in qua posteriore editione  
 Holstenii praefatio ad Carolum et Maphaeum Barberi-  
 nos, et praefatio ad Lectorem desideratur, ex qua  
 discas, Demophilum e Vaticana, Democratem e Barbe-  
 rina depromsisse bibliotheca, Secundi vero sententias  
 vel potius aenigmata verum existimasse et genuinum  
 sophistae illius arguti et βραχυλόγου foetum, de quo



post Antonii, inquit, et Vincentii Testimonia dubitare non licet. (Demophili, Democratis et Secundi sententias, cum vita Secundi, antea non edita, ex apographo Gudiano codicis Medicei, edidit Jo. Adam Schier Lipsiae 1754. 8. Adde Fabric. infra vol. XIII. lib. 6. cap. 10. pag. 643 sq.) Similes ingeniosae definitiones ex Antonio Chapuis leguntur in A. Veiderii Bibl. gallica pag. 54 sq. Plures e veteribus scriptoribus collegit Fridericus Lundenbrog. in libro, qui MS. est in bibl. Joannea Hamburgensi.

Obſervo interim, Antonium Melissam<sup>8)</sup> longe alium codicem sententiarum Secundi habuisse, quam Holstenius. Eadem autem descriptio mulieris, quae ex Secundi ore apud Antonium exstat, a Lambecio e Codice Caesareo producitur lib. VII. p. 270. (pag. 579. edit. Kollar.). Diversa ab Holstenii pariter et Antonii est in Codice Gudiano in plurimis ab Holsteniana editione discrepante, cujus apographum servo<sup>9)</sup>, et ex illo nihil aliud in praesenti produco, quam hanc monachi descriptionem, ab Holstenio vel non inventam, vel, quod auctorem neutiquam habere potest Philosophum istum Secundum, ab eo praetermissam: *Τί ἐστὶ Μοναχός; Θάνατος πολούμενος, ἀγωνοθέτου θυμός, γαστριμαργίας ἐπιθυμία, τύχης παράπτωμα, ὄξυς θάνατος, περισαλπίζομένη μοῖρα, παραμένων μόρος, κακὴ νίκη.* Quam varii olim circumlati sint responsionum Secundi codices, videre etiam licet ex Vincentio supra laudato XI, 71. Speculi historial., ex auctore semibarbaro operis de vitis philosophorum Cap. 119. et e Caspare Barthio XV, 17. Adversar., si vel inter se, vel cum graecis codicibus conferantur. Vide etiam, si placet, Ionsium pag. 278. Itaque si quid argutiarum et ingenii veteris illius Secundi in his sententiis, quod non negaverim, superest, valde tamen interpolatas ad nos pervenisse manifestum est. (Quae etiam est sententia Bruckeri.) Alias praeterea ab editis Democratis sententias exstare in Caesareo codice, refert Lambecius lib.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Know Your Bible

Forgotten Books'  
Full Membership  
provides unlimited  
access to more than  
28,000 volumes of  
Christian literature for  
\$8.99/month

**HOLY  
BIBLE**

**Continue**

\*Fair use policy applies

Basnag. Annal. ad a. 258. §. 8. Heumann. addo Jagemann Geschichte der freien Künste und Wissenschaften in Italien vol. I. pag. 263 sq. Laudat eum Seneca ep. 59. p. 210. vol. II. Opp. edit. Gronovii: Sextium (ita enim quoque scribitur) ecce cum maxime lego, virum acrem, graecis verbis, Romanis moribus philosophantem etc. ad quem locum et in manuductione ad phil. stoicam I. diss. 6. plurimis egit Lipsius de illo Sextio, stoico philosopho, Tiberii aetate, qui vero Pythagorae philosophiam (vid. Senec. ep. 108. et de ira lib. III. p. 56.) quodammodo revocasse, et cum stoica (vid. Senec. ep. 64.) conciliasse visus est. Huic Sextio Galeus in praefatione ad Opuscula mythologica et Fabricius partim h. l., partim, idque uberius vol. XIII. 645. Fontaninus in hist. litt. Aquilejensi p. 305 sq. Moshemius in dissertatione de turbata per recentior. Platonicos ecclesia §. 45. Syntagm. diss. hist. eccl. pag. 202. Bruckerus in hist. crit. phil. tom. II. pag. 91 sq. (ubi §. III. vitam et laudes Sextii persequitur, §. 4. autem ea, quae in utramque partem disputata sunt, summam recenset, et suam uberrime declarat firmatque sententiam) atque Saxius V. C. in Onomastico lit. vol. II. p. 570 sq. adserunt sententias. Eandemque sententiam amplecti videtur Mansius ad Fabricii bibl. lat. mediae et infimae aetat. vol. VI. pag. 196. Alii tamen Rufini confusionem sequuntur, et illas Sixto II. sive Xysto, episcopo Romano, mortuo A. C. 257., vindicant, n. Urbanus Godofredus Siberus, theologus quondam cel. Lipsiensis, et historiae ecclesiasticae peritissimus; nec dissentire videtur Hamberger. in: Zuverlässigen Nachrichten cet. tom. II. pag. 539 sq. Reinesius in epistola ad Daumium p. 225. et Mich. Lequienius in notis ad S. Jo. Damasenum, qui eum sub nomine Sixti Romani laudat in Sacris Parallelis tom. II. Opp. p. 562., auctorem credunt fuisse Christianum, eumque philosophum. Cf. Fontanin. l. c. p. 307. Siberi iudicium, quod Fabricius in vol.

XIII. docte lateque examinarat, atque argumenta ea, quae contra Siberum scripserat, huc suo loco transferam. Prius tamen editiones indicabo, duce potissimum Fontanino. Hic vero pag. 303. recudendum curavit Prologum Rufini interpretis ex editione B. Rhenani, in quo verba notanda sunt: „Aperto et satis plano sermone Sixtum in latinum verti, quem Sixtum ipsum esse tradunt, qui apud vos idem in urbe Romana Sixtus vocatur, episcopi et martyris gloria decoratus. — — „omne autem opus ita breve, ut de manu ejus (Ayma) nunquam possit recedere, totus hic liber ibi pristini alicujus pretiosi obtinet anuli locum. Hunc ergo interim habe in manibus pro anulo. — — Addidi et electa quaedam religiosi parentis ad filium, sed breve totum, ut merito omne opusculum vel Enchiridion graece, vel latine Anulus appelletur.“ Vide igitur originem nominis et inscriptionis! Ille vero Prologus desideratur in Galei aliorumque editionibus, tum in omnibus Patrum bibliothecis, quibus Xysti liber inseritur, tom. III. edit. Parisiens. 1575. tom. V. an. 1589. 1609. 1624. 1634. 1644. 1654. tom. III. edit. Coloniensis 1618. et tom. III. Lugdunensis 1677. Idem p. 313. animadvertit, praeunte Galeo, latina exemplaria harum Parabolarum, ut Seneca appellat, adeo inter se discrepare, ut ferme constet, duas Xysti editiones antiquitus prodisse, (quod pag. 310. clarius exponit) quosdam codd. plures, alios pauciores comprehendere sententias, alibi multa repeti, atque immutari ordinem; alia quoque exemplaria non uno tenore procedere, sed duas partes constituere, quod posterius ab Hieronymo notatum, et in Champeriana editione servatum sit; denique Galeum affirmasse, nullum se codicem nactum esse, cui ex accurata praedictorum collatione aliqua accessio fieri non possit. Editiones hae sunt:

„ Sixti seu Xysti Anulus, editore Symphoriano Champerio, cum ejusdem libro de quadruplici vita. Lugd.

apud Iannot de Campis. 1507. 4. Rufinus, teste Hieronymo, lib. VI. in Ezechiel. cap. 18. volumen in duas partes diviserat: quem ordinem servavit Champerius: contra deseruerat Rhenanus, Bigneus, Galeus aliique. Docet autem Fontaninus, editionem Champerii ad fidem codicis longe omnium antiquissimi et sincerissimi expressam esse. Hanc editionem ignorasse videtur Rhenanus; in praefatione enim ad suam editionem ait, Xysti sententias ad antiquum exemplar, quod apud Divam Fidem Selestadii habetur, a se recognitas.

Idem — cum Pythagorae aureis carminibus. Wittenberg. in Off. Grunenberg. 1514. 4.

Aeneae Platonici Christiani de immortalitate animae, deque corporum resurrectione, dialogus aureus, qui Theophrastus inscribitur, Ambrosio Camaldulense interprete. Athenagoras Atheniensis de resurrectione; Marsilio Ficino interprete. Xysti Pythagorici sententiae, Rufino interprete (cura Beati Rhenani). Basileae apud Joannem Frobenium. 1516. 4.

Rhenani et Chamberii editiones, quae alicubi discrepent, praesertim in prologo, mereri, quae inter se conferantur, adnotat Fontaninus pag. 304. Hanc vero editionem Siberus principem esse perperam putarat.

Tum prodiit libellus Lovanii 1518. 4. Basileae 1520. 4. Coloniae 1522. 4. Paris. 1541. 4. Venetiis ad signum spei 1552. 12. sine prologo fol. 122. post indicem libelli sic inscripti: Dicta pretiosa sive loci communes ex omnibus fere doctoribus, qui in sacris litteris scripserunt, per Defensorem theologum vetustissimum excerpti.

Sententiae Sixti aut Xysti, quae verae sapientiae praeceptis refertae sunt, et ad coelestem disciplinam animos informant, Ludovici Hillesemii Andernaci docta explanatione illustratae. Coloniae apud Maternum Cholinum 1574. 8. sine prologo.

Hillessemius sententias per numeros ad oram distinxit, (quod a reliquis neglectum est) et commentario displicuit. Margarinus Bigneus, omissis notis, ex hac editione suam expressit, tom. III. Bibl. patrum pag. 962. etc. editionis primae Paris. 1575: unde reliquae omnes manarunt. V. Fontanin. p. 303. et p. 314. Coler. in Anthol. fasc. I. cap. 8. Lipsiae 1725. 8.

Gnomae sive sententiae de moribus non minus eruditae quam piae Xysti philosophi, Laurentii Pisani, et Thalassii episcopi, nunc primum seorsum editae studio Joannis a Fuchte, Helmestadii apud Jac. Lucium 1615. 12.

Sexti Pythagorei sententiae e graeco in latinum a Rufino versae, et Xysto Romanae ecclesiae episcopo falso attributae: sine prologo. Cum Opusculis mythologicis etc. Tho. Gale. Cantabr. 1671. 8. et Amst. 1688.

S. Sixti II. philosophi pontificis R. et martyris Enchiridion, ut Christianum saec. III. monumentum juxta Codicem Beati Rhenani edit, observationibus illustrat, adversus S. Hieronymi, Gelasii, J. M. Brasichellensis etc. censuras vindicat, concilioque Rom. sub auspiciis XIII. P. R. A. R. S. 1725. convocato ad restituendam libri famam offert Urbanus Godofredus Siberus. Lipsiae 1725. 4.

Haec editio dedit occasionem Fabricio, uberius de Sextio ejusque sententiis disserendi fol. XIII. quam *ἑξῆς* hic loco suo eoque commodiore instar postliminii reducam. Recensuit autem scriptores a Galeo collectos. Hinc ad Sextii sententias ubi pervenit, ita p. 645 sqq. pergit: Galeo, qui sententias Sextio philosopho tribuit, gravem dicam scribit pag. 53 sq. V. ven. Urbanus Godfrid' Siberus, qui easdem eruditis notis illustratas separatim edidit, atque Sixtio II. episcopo Romano et martyri conatur adserere, Lipsiae 1725. 4. praefixa etiam sub Sixti hujus II. nomine efficta epistola, qua

Concilio Lateranensi, Romæ superiore anno sub Benedicto XIII. congregato, has sententias dedicavit. Sed certum esse puto, aliud sensisse Origenem et Hieronymum, qui sententias has christiani scriptoris esse minime existimarunt: Origenes non modo episcopum et martyrem nunquam nominat, quod neutiquam omisisset, toties ejus ingerens mentionem, vel semel facere, sed etiam diserte tanquam scriptum non Christiani, a Christianis tamen non infrequenter lecti, atque adeo probati meminit VIII. contra Celsum pag. 497. et tom. XV. in Matthæum 569. atque eodem referre licet, quod ecclesiasticum philosophum vocat S. Maximus in Dionysium Areopag. cap. 5. Mysticae theol. tom. II. p. 85. Rufinus autem, qui primus sub Sixti martyris nomine illum sententiarum libellum latinis auribus commendavit, non modo temeritatis et insaniae eo nomine arguitur ab Hieronymo in cap. 18. Ezech. et ad Ctesiphontem contra Pelagianos, et cap. 22. in Jeremiam; sed monetur etiam, in eo Christi, Spiritus S., Dei patris, patriarcharum, prophetarum et apostolorum nomina reticere, quum in Hieronymi sententiis, quas vir clar. pag. 65. sq. objicit, toties Christus de nomine celebretur. Et quis neget, ab ethnico etiam potuisse scribi philosopho; licet nihil additum a Rufino largiamur, sentent. 171. Sapientia animum perducit ad deum: et 172. Nihil tam vernaculum sapientiae, quam veritas: et sentent. 54. Habes in te aliquid simile deo. Sanè tamen, si interpolatorias manus suspicari in his sententiis non esset necesse, christianum scriptorem illae hinc inde proderent. Quaecunque autem habemus graeca, ea ab ethnico proficisci potuerunt omnia. Quod porro Laurentius martyr apud S. Ambrosium I. de officiis inducitur ad Sixtum; martyrii candidatum, dicens: Abjectio discipuli detrimentum est magistri, cui respondere videtur, quod est in Sixti sententiis n. 178. Peccata discentium opprobria sunt doctorum; ad hoc re-





quam Lugd. 1507. 4. adornavit Symphorianus Champerius, cum libro suo de quadruplici vita et commentariis ad Theologiam Aſclepii et Isocrate ad Demonicum. In hac enim sententiarum Sexti editione pars, secunda incipit ab illa, quae in editione laudati Siberi est. CLXX. *Fides omnes actus tuos praecedat.* In eadem Chamberiana, exstat quoque sententia lecta Augustino et Pelagio: *Libertatem arbitrii sui permisit hominibus, deus, ut pure et sine peccato viventes deo similes fiant.* Et illa in duas partes divisio et haec sententia desideratur in aliis editionibus, ut in ea, quam B. Rhenanus, Basil. 1516. in 4. dedit ex MS. Selestadiensi, et quae in Bibliothecis Patrum, et in Galeana utraque, nec non in Helmstadiensi, quam cum sententiis Laurentii pisani, Presbyteri et Thalassi episcopi vulgavit Jo: a Fuchte, 1615. 8.; etiam in illa, quam divisam in XLII. Petrus Poiretus subjunxit, ideae theologiae christianae juxta principia Jacobi Bohemi, Teutonici, Amst. 1693. Optandum erat, graecas exstare et ab interpolationibus Rufinianis immunes has sententias: ita enim appaeret, nil in iis occurrere, quod scribi non potuerit ab ethnico philosopho. Nihil certe aliud observabitur in illis, quae eadem cum gnomis hisce graece leguntur inter Demophili et Democratis sententias, vel apud Nilum Maximumve, vel apud Stobaeum, vel apud Origenem denique, nominatim Sextum laudantem. Sic, quod apud Sextum est XLII. Quod tibi deus dat, nullus auferre potest; in Demophili sententiis ita exprimitur: *Δῶρον θεοῦ πᾶν ἀναφαίρετον.* Sexti CCCXLIII. Qui cogitat adversum alium mala, ipsa praeveniens ipse perfert mala; apud Demophilum: *Βουλευόμενος περὶ ἄλλου κακῶς, φθάνει ἑαυτὸν πάσχων ὑφ' ἑαυτοῦ κακῶς.* Sexti CCXCVIII. Sapiens vir, et cum tacet, honorat deum; apud Demophilum: *Σοφὸς καὶ σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾷ.* Quod in Sexti CCCCXLIII. est, Homo incontinens polluit deum; apud Demophilum est: *Τὸ θεῖον μαινεῖται.*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



tentiae quaedam occurrunt in collectione sententiarum in codice Medic. Florent. teste Bandinio, Catal. vol. 1. p. 354. Harl.

339. Non est tutum audire de deo homines vanae gloriae jactantia corruptos.
340. De deo etiam quae vera sunt loqui periculum est et non parvum.
341. De deo nihil dicas, quod non didiceris a deo: vel ei qui non credit, de deo nihil loquaris.
342. Verbum verum ut deum honora.
343. Si immunis non es a flagitiosis operibus, de deo nihil disceptes.
344. Sermo verus de deo sermo dei est.
345. Si scis, quod acceptum habent de te, quod diligis deum, hi qui te audiunt, tunc eis loquere de deo.
346. Opera charitatis dei procedant abs te, et tunc sermonem facito de deo.
347. In multitudine dicere de deo non audeas.
348. Verbum de deo parcius proferto, quam de anima. Melius est animam perdere quam verbum vanum de deo proferre.
349. Viri amanti deum corporis potestatem habet leo et tyrannus similiter.

350. Cum tibi minatur tyrannus, cujus sis, tunc memor maxime esto.

351. Verbum de deo reticere praestat magis, quam temere proferre.

352. Qui dicit de deo, quae non sunt, contra eum falsum loquitur.

353. Deum non cognovit, qui non colit.

354. Non est verum, quod deum colat, qui hominem laedit.

355. Fundamentum et initium est cultus dei amare dei homines.

356. Qui hominum curam gerit et orat deum pro eis; iste vere a deo esse putandus est.

357. Dei proprium est salvare, quos dignos judicat.

358. Cultoris autem dei est orare deum pro salute hominum.

359. Cum oranti tibi praestitum fuerit, quod poposcisti a deo, tunc tibi potestatem permissam a deo intellige.

360. Dignus deo homo deus est et in hominibus.

361. Melius est nihil habere, quam multa habentem nemini impertiri.

362. Si non das egenti, cum poscit, non accipies a deo, cum poposceris.

363. Qui ex animo dat cibum indigenti, parum quidem est, quod dat, sed magna fiet ei bonae voluntatis retributio.

364. Deum qui putat esse et nihil ab eo curari, nihil differt ab eo, qui non credit esse deum.

365. Optime honorat deum ille, qui mentem suam, quantum fieri potest, similem deo facit.

366. Deus quidem nequaquam eget; laetatur tamen super his, qui indigentibus tribuunt.

367. Fidelium pauca sunt verba, opera autem multa.

368. Fidehis, qui libenter vult doceri; operarius efficietur veritatis.



369. Praepara et apta te, ad tribulationes, et lac-  
tus eris.
370. Neminem laedens nullum timebis.
371. Tyrannus beatitudinem non aufert.
372. Quod fieri necesse est, voluntarie sacrificato.
373. Quod non oportet fieri, nullo modo facias.
374. Omnem, magis causam refer, ad deum.
375. Nemo sapiens est, qui deorsum respicit in  
terram.
376. Immensa amatoris sapientiae libertas non sit  
in homine, sed in anima.
377. Mentiri, in vita decipere est et decipi.
378. Quid sit deus, agnosce, et quid in te, quod  
agnoscit deum.
379. Dei opus bonum homo bonus.
380. Sine deo sunt hi, pro quibus verbum dei ma-  
ledicatur.
381. Animam mors non perdit, sed mala vita.
382. Si scis, a quo factus es, te ipsum cognoscis.
383. Non est secundum deum vivere, nisi pudice,  
et bene, et juste, quis agat.
384. Hominum infidelium vita opprobrium est.
385. Animam de terra fides elevat ad deum.
386. Animae sapientis magnitudinem non invenies,  
sicut nec dei quidem.
387. Quaecunque dat mundus, nemo firmiter tenet.
388. Quaecunque dat deus, nemo auferre potest.
389. Divina sapientia vera est scientia.
390. Immundae animae ne audeas loqui de deo.
391. Viri periculum in operibus primo sicut in ver-  
bis facito.
392. Aures tuas non omnibus committas.
393. Operari quidem deo omnibus facile est, dicere  
autem de deo soli justo est permittendum.
394. Non crucietur anima tua corpus tuum, neque  
animam tuam libido corporis.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



415. Sapiētem fátum non facit, gratia enim dei fato non subjacet.

416. Agnosce qui sunt filii dei in creaturis ejus, et honora unumquemque pro merito post deum.

417. Nil proprium dei dicas, quod malum est.

418. Fidelis anima et casta et sapiens propheta veritatis dei est.

419. Non amabis dominum deum, nisi habueris in te aliquid simile dei.

420. Amicum deputa similem simili tantummodo.

421. Si non diligis deum; non ibis ad deum.

422. Consuesce te ipse semper respicere ad deum.

423. Intuendo deum videbis deum.

424. Videns deum facies mentem tuam, qualis est deus.

425. Excole quod intra te est, nec ei ex libidine corporis contumeliam facias.

426. Incontaminatum custodi corpus tuum, tanquam si indumentum acceperis a deo, et sicut vestimentum corporis immaculatum servare stude.

427. Sapiens mens speculum est dei.

INCERTI SCRIPTORIS CHRISTIANI

LIBELLUS

DE

M O R I B U S

L. ANNAEO SENECAE FALSO ATTRIBUTUS. \*)

---

1. **O**mne peccatum actio est. Actio autem omnis voluntaria est tam honesta quam turpis: ergo voluntarium est omne peccatum. Tolle excusationem, nemo peccat invitus.

2. Educatio et disciplina mores faciunt, et id unusquisque sapit, quod didicit. Itaque bona consuetudo excutere debet, quod mala instruxit.

3. Nihil interest, quo animo facias, quod fecisse vitiosum est, quia facta cernuntur, animus vero non videtur.

---

\*) Hocce Christiani Scriptoris Opusculum Sexti Enchiridio tanquam corollarium adungere placuit, quod in eo cum Pythagoreorum tum VII Sapientum aliorumque veterum Sententiae contineri videbantur. Erasmus, qui id Opusculum Senecae suo ad calcem addidit, hoc adnotat: „Gnomologia et haec est, non ex Seneca tantum. Insunt Mimi et Pythagorae quaedam. Postremo fit mentio diaboli. Videntur quaedam decerpta ex proverbis Salomonis.“ Fabricius in Biblioth. Lat. Lib. II. Cap. IX. (Tom. II. p. 119. ed. Ernesti) auctorem putat Martinum Abbatem Dumiensem et Episcopum Braccarensem, qui floruit circa annum Christi 560 et auctor est etiam Libelli de IV virtutibus cardinalibus Senecae suppositi. [O.]

4. Nulla autem laus est non facere, quod facere non possis.
5. Quid homini est inimicissimum? Homo.
6. Libenter feras, quod necesse est: dolor patientia vincitur.
7. Exspecta, quo nunquam poeniteas.
8. Non quam multis placeas, sed qualibus, stude.
9. In hoc tantum incumbe, ut libentius audias, quam loquaris.
10. Multos vitam differentes mors juncta praevenit: itaque omnis dies velut ultimus judicetur.
11. Tristitiam, si potes, ne admiseris: sin minus, ne ostenderis.
12. Amicos secreto admone, palam autem lauda.
13. Verba rebus, non personis aestimanda sunt.
14. Oratorem te puta, si tibi ante omnes, quod oportet, persuaseris.
15. Ut licentiosa mancipia animi imperio coerce linguam, ventrem et libidinem.
16. Quod tacitum esse velis, nemini dixeris: si tibi non imperasti, quomodo ab alio silentium speres?
17. Ridiculum est aliquem odio nocentis innocentiam perdere.
18. Monstrum similis est avaritia senilis. Quid enim stultius est, quam via deficiente viaticum augere?
19. Omnes infantes terra nudos excipit. Non pudet te fortius nasci quam vivere?
20. Quid dulcius, quam habere amicum, cum quo audeas, ut tecum, omnia loqui?
21. Magnarum virium est negligere laedentem.
22. Quid sis, interest, non, quid habeas.
23. Nondum es felix, si te turba non deriserit.
24. Si vis beatus esse, cogita hoc primum, contemneret et contemni.
25. Priusquam promittas, deliberes, et cum promiseris, facias.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Know Your Bible

Forgotten Books' Full Membership provides unlimited access to more than 28,000 volumes of Christian literature for \$8.99/month

**HOLY  
BIBLE**

**Continue**

\*Fair use policy applies

45. Nihil magnum, nisi quod magno animo despicias.
46. Quae sunt maximae divitiae? non desiderare divitias.
47. Quis plurimum habet? is qui minimum cupit.
48. Quid est dare beneficiū? deum imitari.
49. Honestius est, cum judicaveris, amare, quam, cum amaveris, judicare.
50. Dissensio ab alio incipiat, a te autem reconciliatio.
51. Succurre paupertati amicorum, imo occurre.
52. Amicos secundae res parant, adversae certissime probant.
53. Pejora sunt tecta odia, quam aperta. Itaque te minus loquax inimicus offendit, quam tacitus.
54. Mira ratio est, quae non vult praedicari, quod gaudet intelligi.
55. Ignosci amat, qui, quod odit, ostendit.
56. Eleemosyna non tam accipientibus quam dantibus prodest.
57. Spes praemii solatium fit laboris.
58. Quae est maxima egestas? avaritia.
59. Pecuniae imperare oportet, non servire.
60. Nullum consciū peccatorum tuorum magis timueris, quam temet ipsum. Alium potes effugere, te autem nunquam.
61. Quis est pauper? Qui sibi videtur.
62. Qui a multis timetur, multos timet.
63. Infelicem erige, submitte felicitatem.
64. Vera felicitas innocentia est.
65. Nequitia ipsa sui poena est.
66. Mala conscientia saepe tuta est, segura nunquam.
67. Libidinis initia continebit, qui exitum cogitabit.
68. Beneficii accepti nunquam oportet oblivisci, dati protinus.

69. Inhonesta victoria est suos vincere.
70. Satis est poenarum potuisse puniri.
71. Inimicitias tarde suscipe, amicitias exerce moderate.
72. Simultates deponere.
73. Imago animi sermo est. Qualis vir, talis oratio.
74. Magna res est vocis et silentia temperamentum.
75. Qui aequo animo malis immiscetur, malus est.
76. Neminem laudaveris, neminem cito accusaris: semper puta te cum diis testimonium dicere.
77. Vitium est omnia credere, vitium nihil credere.
78. Utendum est divitiis, non abutendum.
79. Nullum putaveris locum sine teste.
80. Excusationem quaerere vitium.
81. Fortior est qui cupiditatem vincit, quam qui hostem subjicit.
82. Est difficillimum se ipsum vincere.
83. Inique irascitur; qui suis irascitur.
84. Amare sic incipe, tanquam non liceat desinere.
85. Magnarum rerum, etiamsi successus non fuerit, honestus est ipse conatus.
86. Nobilitas animi est generositas sensus.
87. Nobilitas corporis generosus animus.
88. Honestior est, quem senectus ad otium retulit, quam quem in otio invenit, et tunc incipiat laborare.
89. Turpe spectaculum praebet animus aeger.
90. Nunquam sit tristis facies tua in commo aliterius.
91. Homo sum, quomodo devitabo secundarum rerum invidiam.
92. Si felicitatem jactaveris, cum multis dives eris.
93. Quomodo optime potentiam tuebor? Impotentia occasionis.
94. Locum tenet innocentiae proximum confessio: Ubi confessio, ibi remissio.
95. Irae severitas in vitio est.



96. Boni iudicis est dispensare non tantum quid damnandum sit, sed quatenus.

97. Proximus, justitiae modus, severitas.

98. Quietissimam vitam agerent homines in terris, si haec duo verba a natura omnium rerum tollerent: *Meum* et *Tuum*.

99. Qui paupertatem timet, timendus est.

100. Vires tuas amici magis sentiant beneficiis quam injuriis.

101. Pecunia non satiat avaritiam, sed irrat.

102. Homo semper indigens pecunia scit cum ejus moribus convenire.

103. Mihi crede: Non potes dives esse et felix.

104. Auribus frequentius quam lingua utere.

105. Quidquid dicturus es, antequam aliis dixeris, dicito tibi.

106. Nihil interest inter iratum et insanum nisi unus dies. Alter non semper irascitur, alter semper insanit.

107. Facillime bonis fruere, si ea vitaveris, quae vituperaveris.

108. Cum alienos timueris, te ipsum verere, nam saepe sine aliis esse potes, sine te nunquam.

109. Si bene te iustreris, pudeat deteriora facere.

110. Quod persuaseris, erit diuturnum: quod coegeris, erit in occasione.

111. Alteri semper ignoscito, tibi ipsi nunquam.

112. Tantum ad virtutem adjicies, quantum ex voluptate abstraxeris.

113. Stultum est somno delectari, et quasi mortem moliri.

114. Bonis nocet, qui malis parcit.

115. Multi cum aliis maledicunt, sibi ipsis conviciam faciunt.

116. Nihil turpius est, quam qui objicit alteri sibi objiciendum.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



136. Scire uti paupertate maxima felicitas.
137. Acuit intentio, frangit animum remissio.
138. Nunquam scelus scelere vincendum est.
139. Bonus vir est, qui eo perduxit affectu animum, ut non tantum peccare non velit, sed etiam non possit.
140. Regnantibus pejus multo periculum, quam his qui judicantur: hi enim singulos timent, illi universos.
141. Numquid fortis fortem se gloriabitur, quem corporis aegritudo efficit infirmum?
142. Numquid dives in opibus suis gloriabitur, cuius spem fur vel tyrannus abruptit?
143. Numquid nobilitas gloriabitur affecta, nonnunquam indignis et miserabilibus serviens?
144. Diabolus aliquando se gloriabitur interfectorem tuae misericordiae, tunc intergemiscit socios tuae beatitudinis.
145. Fugienda sunt omnibus modis et abscindenda igni ac ferro, totoque artificio separanda languor a corpore, imperitia ab animo, luxuria a mente, a civitate seditio, a domo discordia, a cunctis rebus intemperantia.
146. Dixit quidam: amicorum omnia esse communia, et amicum se ipsum esse alterum: duorum temporum maxime habendam curam, et eorum quae acturi sumus, et eorum quae gessimus: post deum veritatem colendam; quae sola homines diis proximos facit.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΠΡΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΑΝ.

---

PORPHYRII PHILOSOPHI

EPISTOLA

AD MARCELLAM UXOREM

EX CODICE MSTO BIBLIOTH. AMBROS. MEDIOL.

EDITA AB

ANGELO MAIO

CUM EIUSDEM VERSIONE LATINA.

DE  
NOVO PORPHYRII OPERE

AD MARCELLAM

ANGELI MAII PRAEFATIO.

---

I. **E**t si in hac tanta temporum eruditione moralis philosophiae praeceptis satis abundamus, tamen quia Veterum scripta commendationem habent praecipuam vel aetatis causa vel singularis sapientiae, idcirco et Philonis de virtute scriptum incognitum superius edidi, et nunc Porphyrii de vita recte instituenda luculentam epistolam ad Marcellam conjugem evulgare constitui. Principio inter omnes constat, innumeros prope libros a Porphyrio philosopho Tyrio esse conscriptos, quorum plurimi communi antiquorum codicum exitio evanuerunt, multi, quia sacris christianis adversabantur, impietatis odio deleti sunt \*), pauci denique barbarorum saeculorum voraginem praetervecti doctrinam uberem gravitatemque summam philosophi praeclare testantur. Quamquam vero praesertim libris qui supersunt de abstinentia ab esu animalium insignem morum magistrum se prodit Porphyrius, nusquam is tamen tam familiaria tamque multiplicia vitae bene agitandae documenta tradit, quam hoc ad uxorem volumine, quod ab Eunapio Alexandrinoque Cyrillo olim memoratum \*\*), neque typis adhuc commissum erat, neque jam in co-

---

\*) Vide Constantini M. epistol. apud Socr. Hist. eccl. I, 9.

\*\*) Locos Eunapii et Cyrilli videsis infra laudatos ad operis capp. I. et III. pp. 2. et 6. in meis notis.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Know Your Bible

Forgotten Books'  
Full Membership  
provides unlimited  
access to more than  
28,000 volumes of  
Christian literature for  
\$8.99/month

**HOLY  
BIBLE**

**Continue**

\*Fair use policy applies

dem quoque animi immortalitatem, quod fuit nobilissimum Pythagoræ dogma \*), sapienter confirmat. Satis autem constat, pluribus olim scriptis egisse Porphyrium de theurgia, nempe de animi purgatione. \*\*) Id vero hac etiam lucubratione magnopere urget philosophus, mentem scilicet omni labe mortalitatis eluendam, cupiditates ejiciendas, voluptatum vanaeque gloriae inlecebras gravi pede deprimendas. Jam in improbos atque insipientes, quorum omnis aetas colluvie redundat, magnopere Porphyrius invehitur, eorumque non solum dogmata aspernanda docet, verum etiam convictum de vitandis, atque omne officium et usum mente auribusque respuendum. De natura dei ejusque providentia, bonitate, justitia egregie sentit, eundemque et rebus omnibus interesse, et arcana quaeque scrutari, et impia facinora poena memori persequi constanter tueretur: tum etiam sacri cultus rationem plerumque optimam, paucis demptis erroribus, constituit: quippe qui mentem pectusque candidum boni viri et sapientis aedem et aram deo multo gratissimam dignissimamque pronunciat: sceleratorum contra stultorumve preces fuitiles, vota irrita, victimas pollutas, totam denique religionem sacrilegam esse opinatur. Quam est ejus praeclara doctrina de tribus legibus, divina, naturali atque civili! Denique ad domestica etiam et familiaria praecepta se demittit Porphyrius: sed enim eo loco codex nescio quo pacto mutilus quicquid supererat lucubrationis amisit.

Nunc ego si laudes Porphyrii notissimas recensere velim, ineptus sim. Satis est Augustinus, a quo dicitur \*\*\*) doctissimus philosophorum Porphyrius, quamvis Christianorum acerrimus inimicus. Satis est Eunapius, apud quem his verbis celebratur Porphyrius: παν-

\*) Consule Porphyrium in vita Pythagorae sect. 19. et 45. nec non apud Stobaeum in eclogis physicis cap. de statu animarum post exitum. Tum Diodorum Sic. XVIII, 1. et locum Ciceronis a nobis infra laudatum in notis ad cap. VIII. p. 18.

\*\*) Vide Suidam voc. Πορφύριος, qui ait, hunc scripsisse in Iuliani libros, quod fuit opus theurgicum: nec non D. Augustini locos, a nobis infra laudatos in notis ad cap. VI. p. 13. et ad cap. XXI. p. 38. denique Holstenium in vita Porphyrii cap. IX.

\*\*\*) De civ. d. XIX, 22.

τομυγές τι πρὸς ἅπασαν ἀρετὴν ὁ ἀνὴρ αὐτὸς χρῆμά τι γέγονε· καὶ τὸ κάλλος αὐτοῦ τῶν λόγων ἂν τις μᾶλλον, ἢ τὰ δόγματα πλέον εἰς αὐτὰ ἀπιδῶν, ἢ τὴν δύνανται τοῦ λόγου: ex omni virtutum genere (Porphyrius) concretus fuit, ut nescias, quid laudes magis, an elocutionis elegantiam, an placita, an ipsam dicendi vim. Satis est denique testimonium Caesariensis Eusebii, a quo Porphyrius, licet adversarius \*) , insigni tamen cum nominum honorificentia appellatur \*\*): ὁ γενναῖος Ἑλλήνων φιλόσοφος, ὁ θαυμαστὸς θεολόγος, ὁ τῶν ἀποδόρητων μύστης, nobilis Graecorum philosophus, mirus theologus, idemque reconditorum mysteriorum interpres. Ego autem festive facere mihi videor, qui duorum illustrium auctorum atque inter se olim adversariorum Eusebii et Porphyrii scripta inedita uno volumine comprehendo. Jam si qua in hoc scripto Porphyrii paulὸ obscuriora videntur, nonne et Timaeus Platonis Ciceroni obscurior visus est? \*\*\*) Nimirum Porphyrius cum de rebus sublimioribus dicit, ipsae res verba obscurant: ita fit cum durior, tum etiam abstrusior oratio. Quare et ego, dum interpretarer, non semel aestuare me memini. Ceterum Porphyrius adeo plerumque obscuritate non laborat, ut praeter reliquas stili laudes singulari etiam perspicuitate praeditus Eunapio visus sit: Ὁ Πορφύριος ὡς περ ἑρμαϊκῆ τις σειρὰ καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἐπινεύουσα διὰ ποικίλης παιδείας, πάντα εἰς τὸ εὐγνώστον καὶ καθαρὸν ἐξήγγελλεν: Porphyrius tamquam mercurialis quaedam catena ad mortales demissa, omnigenae eruditionis beneficio, cuncta aperte, dilucide clareque explicabat. Cum bonis igitur ominibus prodeat Origenis, Longini Plotinique discipulus, magister Jamblichi, philosophus sui temporis praestantissimus: cujus scriptum nuper inventum qui leget, novum graecis litteris lumen, novum morali philosophiae cumulum accessisse sentiet.

---

\*) Confer Eusebii Chronicon lib. I. cap. 29. in nostro specimine superius edito, nec non ejusdem praefationem ad librum secundum Chronici.

\*\*\*) Praep. ev. V, 14. Confer etiam IV, 6.

\*\*\*) De finib. II, 3.



# ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΠΡΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΑΝ.

---

Ι. **Ε**γώ σε, Μαρκέλλα, θυγατέρων μὲν πέντε, δυοῖν δὲ ἀδφένων οὖσαν μητέρα, τῶν μὲν καὶ ἔτι νηπίων, τῶν δὲ ἤδη εἰς γάμου ἡλικίαν ἠβῶν ἐφορμούντων, εἰλόμην ἔχειν σύνοικον· μὴ καταδείσας τὸ πλῆθος τῶν εἰς τὰς χρείας αὐτοῖς ἐσομένων ἀναγκαίων· οὔτε παιδοποιῖας χάριν τῆς ἀπὸ τοῦ σώματος· ἔχειν κεκρικῶς παῖδας τῆς ἀληθινῆς σοφίας ἐραστὰς τὰ τε σὰ τέκνα, εἰ φιλοσοφίας τῆς ὀρθῆς ἀντιλάβοιτό ποτε ὑφ' ἡμῖν ἀνατρεφόμενά· οὔτε μὴν διὰ χρημάτων περιουσίαν ἢ ὑμῖν ἢ ἐμοὶ προσοῦσαν· ἀγαπητὸν γὰρ καὶ τῶν ἀναγκαίων τὸ τυχόν, οὖσιν ἀκτήμοσιν· οὔτε ἀπὸ τῆς ἄλλης διακονίας φαστώνην τινά μοι προσδοκήσας εἰς τὸ γῆρας ἀποκλίνοντι ἔσεσθαι· ἐπίνοσον γὰρ σοι τὸ σῶμα, καὶ ἰατρείας μᾶλλον τῆς παρὰ τῶν ἄλλων δεόμενον, ἢ ἄλλοις ἐπικουρεῖν τι ἢ προστατεῖν ἐπιτήδειον· οὔτε δι' ἄλλην οἰκονομίαν ἢ θήραν δόξης καὶ ἐπαίνων παρὰ τῶν ἀνυποστάτων ἐθέλοντι τὸ τοιοῦτον βαστάσαι ψιλῆς ἔνεκα τῆς εἰς τὸ εὖποιεῖν προθυμίας· τούναντίον γὰρ, ὑπ' ἀβελτηρίας τῶν πολιτῶν σου, καὶ τῷ πρὸς ἡμᾶς φθόνῳ, βλασφημίαις τὲ πολλαῖς περιπέπτωκα, καὶ παρὰ πᾶσαν προσδοκίαν εἰς θανάτου κίνδυνον ὑπ' αὐτῶν δι' ὑμᾶς περιέστην.

ΙΙ. Τούτων οὖν χάριν οὐδένα κοινωνὸν ἕτερον τοῦ βίου πεποίηκα, διττῆς δὲ μᾶλλον ἔνεκα εὐλόγου αἰτίας· μιᾶς μὲν, καθ' ἣν ἀπομειλίξασθαι κρίνας τοὺς γενε-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



θλίους θεούς, κατὰ τὸν ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ Σωκράτην δημῶδη μουσικὴν πρὸ τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ συνήθους ἐνεργείας διαθεῖναι ἐλόμενον, ἀσφαλείας ἕνεκα τῆς ἐκ τοῦ βίου ἀπαλλαγῆς. Οὕτωςι γὰρ καὶ αὐτὸς ἀπομειλιττόμενος τοὺς ἐν τῇ κωμωδοτραγωδίᾳ προστάτας δαίμονας, τὸν γαμικὸν ὕμνον ἀγωνίσασθαι οὐκ ὠκνησα ἀσμενέστατα· καὶ πλήθει τῶν σῶν τέκνων συντυχῶν καὶ τῇ προσούσῃ περισκελείᾳ τῶν ἀναγκαίων, τῇ τε πονηρίᾳ τῶν ἐνυβρισάντων. Οὐδὲν γὰρ παρεῖται τῶν εἰς τὸ δράμα συμβαίνειν εἰωθότων, οὐ ζηλοτυπία, οὐ μῖσος, οὐ γέλως, οὐ διαπληκτισμὸς τε καὶ ὄργαι. Πλήν γε ὅτι οὐ περὶ ἡμᾶς, περὶ δὲ τοὺς ἄλλως ὑπουργοῦντας τοῖς δαίμοσι τουτὶ τὸ θέατρον, ἡμεῖς ὑπεκρίθημεν.

III. Ἐτέρας δὲ θειοτέρας καὶ οὐδὲν τι δημῶδει ταύτη ξοικυίας, καθ' ἣν ἀγασθεῖς σου τὴν πρὸς τὴν ὀρθὴν φιλοσοφίαν ἐπιτηδειότητα τῆς φύσεως, οὐκ ὠήθη, προσήκειν ἀνδρὸς φίλου μοι στερηθεῖσαν, συλλήπτορος ἔρημόν σε καταλιπεῖν καὶ προστάτου σώφρονος καὶ τῷ σῶ τρόπῳ ἐπιτηδείου. Ἀποσοβήσας δὲ πάντας τοὺς ἐπηρεάζειν μέλλοντας ἐν προσποιήσει, ἤνεγκα μὲν τὰς παραλόγους ὕβρεις, ἐβάστασα δὲ τὰς ἐπιβουλάς εὐσχημόνως· ἐλευθερῶν δὲ τὸ εἰς ἐμὲ περιήκον παντὸς τοῦ δεσπόζειν ἐπιχειροῦντος, ἀνεκαλεσάμην εἰς τὸν ἑαυτῆς τρόπον, μεταδιδούς φιλοσοφίας, ἀκόλουθον τῷ βίῳ λόγον ἐπιδεικνύμενος. Καὶ τίς γὰρ ἂν ἄλλος μοι πρὸ γε σοῦ μάρτυς ἂν εἴη ἀκριβέστερος, ἢν αἰσχυνοίμην ἀφοσιούμενος, ἢ τὰ κατ' ἑμαυτὸν ἀποκρύπτω, ἀλλ' οὐχὶ πρὸς ἀλήθειαν ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος, τῇ μάλιστα τὴν ἀλήθειαν προτιμῶσῃ καὶ διὰ ταύτην ἔρμαιον ἠγησαμένη τὴν συνοίκησιν, πάντα τὰ εἰς αὐτὴν καὶ δι' αὐτῆς πραχθέντα ὑπομιμνήσκων.

IV. Συγχωρούντων οὖν τῶν πραγμάτων ἐπιπλέον αὐτόθι διατρίβειν, ἐπ' ἐξουσίας ἐνῆν σοι, ὥσπερ ἐκ παρακειμένων πηγαίων ναμάτων, τὸ πότον ἀπαρρῦεσθαι διάπιλέστερόν τε καὶ πρόσφατον· καὶ μὴ ἀγαπᾶν ὅσον αὐτῆς δόσεως συντείνου πρὸς τὸ χρήσιμον, θαρδεῖν δὲ καὶ διαναπαυσάμενη παρέχεσθαι ἐκ τοῦ ῥάστου δι' ἐξουσίας τὴν ἀνάκτησιν. Καλούσης, ἰδὲ τῆς τῶν Ἑλλήνων, χρείας, καὶ τῶν θεῶν συνε-

tales deos, veluti olim in vinculis Socrates, qui populum larem musicam consuetis philosophiae exercitiis anteposuit, idque ut tutius ab hac vita discederet. Sic enim et ego ut placarem dramatum deos, nuptialem hymnum lubentissime concinere non recusavi: et multitudinum tuorum liberorum ultro me objiciens, et victus difficultati, et maledicorum improbitati. Nihil enim eorum praetermissum est, quae ad drama adhiberi solent, non aemulatio, non odium, non risus, non altercatio, non irae. Quamquam nos quidem ejusmodi drama non tam nostri gratia agimus, quam eorum, qui multo aliter hoc theatrum diis instruunt.

III. Altera nobilior causa fuit atque ab hac vulgari prorsus abhorrens; quod ego nempe misatus tuum rectae philosophiae idoneum ingenium, haud aequum existimavi; te viro mihi caro spoliata, nunc omni adjutore destitutam relinqui, et sine patrono modesto tuisque moribus accommodato. Quare rejectis omnibus, qui fallaci artificio negotium facessere studebant; toleravi absurdas contumelias; tuli aequo animo insidias: teque liberans, quantum in me fuit, a cujusvis impotentis arbitrio, ad tuos ipsius mores revocavi, philosophiae praeceptis tibi impertitis, atque consentaneam doctrinae vitam meam ostendens. Quis autem te luculentior testis mihi erit? quam ego quidem erubescere rejiciens, aut aliquid meorum celans, aut (quoniam tu veritatem in primis semper coluisti et ea propter lucrum putasti matrimonium) non omnia verissime, quae ipsius matrimonii causa vel in ipso facta sunt, edocens.

IV. Igitur cum per negotia licebat diutius istis commorari, liberum tibi erat tamquam ex obviis fontibus potum haurire abundantem et promptum: neque contentae esse, quod ea res ad utilitatem aliquam duceret, verum etiam laetari licebat atque tibi met interquiescenti exhibere facillime pro facultate praesente recreationem. Nunc vero urgentibus Graecorum negotiis; ipsisque una diis

πειγόντων αὐτοῖς, ὑπακούειν μὲν σε, καίπερ οὐσαν προθυμοτάτην, μετὰ τοσαύτης ἀκολουθίας θυγατέρων, ἀδύνατον ἦν. Ἄνευ δέ σου ταύτας ῥίπτειν οὕτως ἐν σκαιοῖς ἀνθρώποις, ἀβουλίας εἶναι ὁμοῦ καὶ ἀδικίας ἔργον ὑπέληφα. Μένειν δὲ ἐνταυθοῖ βιαζόμενος, τὴν τε τοῦ αὐθις ἐντυχεῖν ἐλπίδα προῖσχόμενος, εἰκότως σοι παραινέσαιμ' ἂν ἄντεχομένη τῶν δοθέντων ἐν τοῖς δέκα μηνσὶν οἷς μοι συνώκησας, μὴ πόθῳ καὶ ἐπιθυμίᾳ τοῦ πλείονος, καὶ τὸ ὄν ἤδη ἐκβαλεῖν· σπεύδω μὲν γὰρ ὄν ἂν δύναμαι τρόπον τὴν ταχίστην πάλιν ἀναλαβεῖν.

V. Ἀδήλου δὲ ἐν ταῖς ἀποδημίαις τοῦ μέλλοντος ὄντος, ἀναγκαῖόν σοι παραμυθαύμενον τῷ λόγῳ ἅμα ἐπισκέπτειν· οἰκειότερον δ' εἶποιμ' ἂν τοῦ σαυτῆς καὶ ἐν σεαυτῇ οἴκου κήδεσθαι, καὶ ἔμπεδα πάντα φυλάσσειν· καταλειπόμενος οὐδὲν ἀπεικότως τῷ ἐν τραγωδίαις Φιλοκλήτου ἐλκεῖ μοχθίζοντος· πλήν ὅτι τῷ μὲν τὸ ἔλκος ὑπὸ ὀλοόφρονος ὕδρου· σοὶ δ' ἐπιγνούσῃ τὸ εἰς τὴν γένεσιν πτώμα ὅσον καὶ οἶον ἡμῖν τῆς ψυχῆς περιέστη· οὐ τῶν θεῶν ἡμᾶς ὑπεριδόντων, ὡς ἐκεῖνον οἶμα Ἀτρεΐδαι, ἀλλὰ σωτήρων γενομένων καὶ οὐκ ἐπιλαθόμενων. Πολλοῖς δὴ σε παλαίσμασι καὶ ἐπωθύνοισι εἰς ἀγῶνα ἔμπεσοῦσαν· νῦν μάλιστα φιλοσοφίας τοῦ μόνου ἀσφαλοῦς πείδματος ἄντεχομένην παρακαλῶ μὴ ταῖς ἀμηχανίαις ταῖς ἐκ τῆς ἡμετέρας ἀπουσίας πλέον ἐνδοῦναι τοῦ προσήκοντος· μήτε πόθῳ τῆς παρ' ἡμῖν διδασκαλίας, καὶ τὸ δοθέν ἤδη ἐκκροῦσαι· μηδὲ πρὸς τὸ πλῆθος τῶν περιεστῶτων ἀλλοτρίων ἀπαυδήσασαν, ἐκδοτον σεαυτὸν τῷ σύροντι ποταμῷ τῶν πραγμάτων ἕασαι· ἀλλὰ λογισαμένην, ὡς οὐ διὰ φαστῶνης ἢ τῶν ὄντων ἀγαθῶν κτήσις τοῖς ἀνθρώποις περιγίνεται, αὐτοῖς τούτοις συγκυρήσασιν εἰς ἀσκησὶν τοῦ προσδοκωμένου χρῆσασθαι βίου· ὅσα καὶ μόνα τῶν ἄλλων ἀντίπαλα τῆς σῆς καρτερίας εἰς τὸ παρατρέψαι σε καὶ βιάσαι εἶναι δύναται. Τὰ μὲν γὰρ τῶν ἐπιβουλῶν εὐκαταφρόνητα πάντα τοῖς ὄν οὐχ ἡμεῖς κύριοι ἐθέσασιν ἀτιμάζειν, καὶ μᾶλλον εἰς ἐκείνους κεκρικόσι τὴν ἀδικίαν ἀναστρέφειν, ἢ βλάπτειν γε



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Know Your Bible

Forgotten Books'  
Full Membership  
provides unlimited  
access to more than  
28,000 volumes of  
Christian literature for  
\$8.99/month

**HOLY  
BIBLE**

**Continue**

\*Fair use policy applies

τούτους, οἷς τῶν μάλιστα παρ' ἑαυτοῖς δρωμένων ἐναντίων, οὐ μεγάλη τῆς ζημίας ἢ ἐλάττωσις εἶναι ὑπελήφθη.

VI. Τὴν δὲ τοῦ ἐπωφελουῦντος τὴν ψυχὴν ἀπουσίαν, πατρός τε ὁμοῦ καὶ ἀνδρός καὶ διδασκάλου, καὶ συγγένων, εἰ δὲ βούλει, καὶ τῆς πατρίδος τὴν εὐνοίαν εἰς αὐτὸν συνηρηκότος, δοκοῦσαν περιέχειν εὐλόγον τῆς δυσχερίας τὴν αἰτίαν παρηγοροίης ἄν, θεωρὸν προστησαμένη τὸν λόγον, οὐ τὸ πάθος πρῶτον μὲν, ὡς οὐκ ἦν ἄλλως, ὅπερ ἔφη, πρὸς τῶν μελλόντων νόστου δὴ μιμνήσκεισθαι ἐκ τῆς ἐνταυθοῖ ξένης καταγωγῆς τὸ δι' ἡδονῆς καθάπερ ἱππήλατόν τι χῶριον καὶ φαστῶνῆς ποιεῖσθαι τὴν ἐπάνοδον. Αὐτὸ γὰρ τὸ πρῶτον ὡς οὐδὲν ἄλλο ἄλλω ἀντίκειται πράγματι, ἡδονή τε καὶ φαστῶνῆς τῇ πρὸς θεοὺς ἀνόδῳ. Ἐπεὶ οὐδὲ τὰ ὑψηλότερα τῶν ὄρων ἀκινδύνως καὶ πόνων ἄνευ ἦν ἀναβαίνειν, οὐδ' ἀπὸ τῶν μυχῶν τοῦ σώματος διὰ τῶν εἰς τὸ σῶμα καταγωγῶν, ἡδονῆς τε καὶ φαστῶνῆς, ἀνακύπτειν. Διὰ γὰρ μερίμνης ἢ ὁδοῦ καὶ τῆς ἀνάμνησεως τοῦ πτώματος. Καὶ ἢ τὰ συμβαίνοντά δύσχερῃ, τὸ δύσκολον πρὸς ἀνάβασιν οἰκεῖον ὅτι καὶ τὸ βεῖα ζῶεῖν παρὰ θεοῖς πεπτωκόσι δὲ, εἰς τὴν ἔγερσιν ἐναντιώτατον, ὡς ἂν εἰς λήθην ἄγον τῷ ἀλλοτρίῳ, καὶ τῷ ὑπνω συντελοῦν, ἂν καθεύδωμεν ὑπὸ τῶν ψύχαγωγούντων ἡμᾶς ἐνυπνίων βουκόλουμένοι.

VII. Ἐπεὶ καὶ τῶν πεδῶν καὶ μὲν ἐκ χρυσοῦ βάρουτάτου ὄντος, διὰ τὴν εὐπρέπειαν, εἰς κόσμον μᾶλλον συντελεῖν καὶ φέρειν τὸν δεσμόν δι' αὐτῶν ἐνήγαγον τῷ κούρω τὰς δι' ἀφροσύνην τοῦ βάρους ἀναίσθητους γυναῖκας. Αἶ δὲ τοῦ σιδήρου συνιέναι τῶν ἀμαρτημάτων ἠνάγκασαν, καὶ λυπήσασαι μεταγινώσκειν, καὶ ζητεῖν τοῦ βάρους ἀπαλλαγὴν πορίσασθαι τοῦ χρυσοῦ δὲ διὰ τὴν τέρεψιν εἰς ἀγανάκτησιν οὐ τὴν τυχοῦσαν πολλάκις συντελοῦσης τῆς ἀλύσειός. Ὅθεν καὶ ἔδοξε τοῖς σώφροσι τὰ ἐπίπονα τῶν ἡδέων μᾶλλον συντελεῖν εἰς ἀρετὴν καὶ τὸ μοχθεῖν ἄριστον εἶναι ἀνδρὶ τε ὁμοίως καὶ γύναικι, ἢ ἐξοιδαίνειν τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῆς ἡδονῆς χαλιωμένην.

ultionem, qui quum se ipsos in primis laeserint, quamvis impunitos patiaris, poenae detractio non magna fit.

VI. Hominis autem utilis animo tuo, et patris et mariti et magistri atque cognatorum omnium, immo et ipsius patriae benevolentiam in se uno complectentis, absentiam (quae sine dubio est justa causa molestiae) satis lenies sapiente tibi proposita consideratione; cujus haec prima admonitio erit, quod aliter nimirum haud liceret, ut dixi, eos, qui reditum aliquando molituri sunt, reapse redire ex hoc peregrino diversorio, si esset veluti voluptarius locus, campusque spatiosus et delicatus. Nihil enim adeo obstat, ut voluptas et ignavia, quominus ad deum accedamus. Reapse ne montium quidem cacumina sine periculo et labore conscendere licet: neque item a recessibus corporis emergere per ea, quae deorsum ad corpus ferunt, per voluptatem videlicet et ignaviam. Via enim per aerumnas secta est perque reminiscentiam mortalitatis. Quodsi intercedunt molestiae, difficultas quidem maxime propria est adscensionis: tranquille siquidem vivere deorum est. In iis autem, qui ceciderunt in terram, tranquillitas in primis contraria est erectioni, quoniam per res extraneas oblivionem caeli invehit, somnumque conciliat, ita ut dormiamus, ab illudentibus somniorum imaginibus oblectati.

VII. Jam et catenae, quae sunt ex auro gravissimo, tamen, propter pulchritudinem, ut ornamento magis quam vinculo tribuantur, suadent mulieribus, quae stultitiae suae causa pondus non sentiunt. Contra ferreae catenae peccata in memoriam revocant, suaque molestia poenitentiam creant, impelluntque, ut, quo pacto liberemur a pondere, vestigemus. Ceterum aurea quoque vincula post oblectationem ad non mediocres dolores saepe transferunt. Quamobrem sapientibus videntur aerumnae magis quam voluptates ad virtutem conferre; videtur item expedire, ut vir mulierque potius laborent, quam animo turgeant aera voluptatis inflati.

T



Παντός γὰρ καλοῦ κτήματος πόνους δεῖ προηγείσθαι, καὶ πονεῖν ἀνάγκη τὸν τυχεῖν ἀρετῆς σπουδάζοντα. Ἀκούεις δὲ καὶ τὸν Ἡρακλέα, τοὺς τε Δίοςκούρους, καὶ τὸν Ἀσκληπιὸν, τοὺς τε ἄλλους, ὅσοι θεῶν παῖδες ἐγένοντο, ὡς διὰ τῶν πόνων καὶ τῆς καρτερίας τὴν μάκαριαν εἰς θεοὺς ὁδὸν ἐξετέλεσαν. Οὐ γὰρ ἐκ τῶν δι' ἡδονῆς βεβιωκότων ἀνθρώπων αἱ εἰς θεὸν ἀναδρομαὶ, ἀλλ' ἐκ τῶν τὰ μέγιστα τῶν συμβαινόντων γενναίως διενεγκεῖν μεμαθηκότων.

VIII. Μέγιστος δὲ ἄθλος τοῦ νῦν σοι προκειμένου, εὖ οἶδα καὶ αὐτός, ὡς οὐκ ἂν γένοιτο ἄλλος, ἠγουμένη μετ' ἐμοῦ καὶ τῆς σωτηρίας τὴν ὁδὸν καὶ τὸν ταύτης καθηγεμόνα καταλείψειν. Ἔχει δὲ οὐχ οὕτω παντάπασιν δυσκαρτερήτως σοι τὰ παρόντα, εἰ παρεῖσα τὴν ἐκ τοῦ πάθους ἀλόγιστον ταραχὴν, μὴ περὶ φάυλων ἠγήσῃ μεμνησθαι, ὧν εἰς φιλοσοφίαν τὴν ὀρθὴν παρὰ τῶν θείων ἐτελέσθης λόγων· ὧν τὴν βεβαίαν ἀκρόασιν αἱ πράξεις ἐλέγχειν εἰώθασι. Τὰ γὰρ ἔργα τῶν δογμάτων ἐκάστου φέρειν πέφυκε τὰς ἀποδείξεις· καὶ δεῖ οὕτως βιοῦν, ὅστις ἐπίστευσεν, ἵνα καὶ αὐτὸς πιστὸς ἢ μάρτυς περὶ ὧν λέγει τοῖς ἀκροωμένοις. Τίνα οὖν ἦν ἄρα, ἃ παρὰ τῶν σαφέστατ' εἰδότην τὰ κατ' ἀνθρώπους μεμάθηκαμεν; Ἄρ' οὐχ ὅτι μὲν σοι ἐγὼ οὐχ ὁ ἀπίτος οὗτος καὶ τῆ' αἰσθήσει ὑποστατός, ὁ δὲ ἐπὶ πλεῖστον ἀφέστηκώς τοῦ σώματος, ὁ ἀχρώματος καὶ ἀσχημάτιστος, καὶ χερσὶ μὲν οὐδαμῶς ἐπαφητός, διανοίᾳ δὲ μόνη κρατητός. Λαμβάνομέν' δὲ οὐ παρὰ τῶν ἔξωθεν τὰ εἰς τὰ παρ' αὐτῶν ἡμῖν ἐντεθειμένα· τὸν δόσιμον δὲ μόνον ὥσπερ ἐν χορῶν εἰς ἀνάμνησιν ἡμᾶς ἄγοντα, ὧν ἔχοντες παρὰ τοῦ δεδωκότος ἐπλανήθημεν.

IX. Πρὸς δὲ τούτοις οὐχ ὅτι πᾶν πάθος ψυχῆς εἰς σωτηρίαν αὐτῆς πολεμιώτατον, καὶ ἀπαιδευσία μὲν τῶν παθῶν πάντων μήτηρ. Τὸ δὲ πεπαιδεῦσθαι οὐκ ἐν πολυμαθείας ἀναλήψει . . . . . παλάξει δὲ τῶν ψυχικῶν παθῶν ἐθεώρειτο. Πάθη δὲ νόσημάτων ἀρχαί· ψυχῆς δὲ νόσημα κακία· κακία δὲ πᾶσα αἰσχρόν· τὸ δὲ αἰσχρόν τῷ καλῷ ἐναντίον· καλοῦ δὲ ὄντος τοῦ θείου, ἀμήχανον αὐ-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



τῷ σὺν κακίᾳ πελάζειν· καθαρῷ γὰρ μὴ καθαρὸν ἐφάπτεσθαι οὐδὲ ὁ Πλάτων φησὶ θεμιτὸν εἶναι. Διὸ καὶ μέχρι τοῦ νῦν καθαρεύειν δεῖ τῶν παθῶν τε καὶ τῶν διὰ τὸ πάθος ἀμαρτημάτων. Ἄρ' οὖν οὐ τοιαῦτα ἦν, οἷς μάλιστα συνήνεις, ὡς γράμματα θεῖα ἐνόητα παρὰ σαυτῇ διὰ τῆς τῶν λόγων ἐνδείξεως ἀναγινώσκουσα; Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον τὴν πεπεισμένην ἐν σοὶ εἶναι καὶ τὸ σῶζον καὶ τὸ σωζόμενον, καὶ τό γε ἀπολλύον καὶ ἀπολλύμενον, τὸν τε πλοῦτον καὶ τὴν πενίαν, τὸν τε πατέρα καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τῶν ὄντως ἀγαθῶν καθηγεμόνα, κεχημέναι πρὸς τὴν τοῦ ὑφηγητοῦ σκιάν, ὡς δὴ τὸν ὄντως ὑφηγητὴν μὴ ἐντὸς ἔχουσαν, μηδὲ παρὰ σαυτῇ πάντα τὸν πλοῦτον; ὃν ἀνάγκη ἀπολλύναι καὶ διαφεύγειν, πρὸς τὴν σάρκα καταβαίνουσαν, ἀντὶ τοῦ σώζοντος καὶ σωζομένου.

X. Τῆς μὲν οὖν ἐμῆς σκιᾶς καὶ τοῦ φαινομένου εἰδώλου, οὔτε παρόντων ὀνήσω τι, οὔτ' ἀπόντων ἐπώδυνος ἢ ἀπουσία τῇ μελετώσῃ φεύγειν ἀπὸ τοῦ σώματος. Ἐμοῦ δὲ καθαρῶς τύχοις ἂν μάλιστα καὶ παρόντος καὶ συνόντος νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, σὺν καθαρῷ καὶ τῷ καλλίστῳ τῆς συνουσίας καὶ μηδὲ χωρισθῆναι οἴου τε ὄντος, εἰ μελετῶης εἰς ἑαυτὴν ἀναβαίνειν, συλλέγουσα ἀπὸ τοῦ σώματος πάντα τὰ διασκεδασθέντα μέλη, καὶ εἰς πλῆθος κατακερματισθέντα, ἀπὸ τῆς τέως ἐν μεγέθει δυνάμεως ἰσχυούσης ἐνώσεως. Συνάγοις δ' ἂν καὶ ἐνίζοις τὰς ἐμφύτους ἐννοίας καὶ διαρθροῦν συγκεχυμένας, καὶ εἰς φῶς ἔλκειν ἐσκοτισμένας πειρωμένη. Ἄφ' ὧν ὀρμώμενος καὶ ὁ θεῖος Πλάτων, ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ νοητὰ τὰς ἀνακλήσεις πεποίηται. Ἐτι εἰ μνημονεύεις, διαρθροίης δ' ἂν ἅ γε ἀκήκοας, διὰ τῆς μνήμης ἀναπεμπαζομένη, τοῖς τε τοιούτοις τῶν λόγων ὡς ἀγαθοῖς συμβούλοις ἀξιούσα προσέχειν καὶ λοιπὸν τὰ γνωσθέντα διὰ τῶν ἔργων ἀσκοῦσα, διὰ δ' αὐτῶν ποιεῖν συντηροῦσα.

XI. Λέγει δὲ ὁ λόγος πάντῃ μὲν καὶ πᾶσι παρεῖναι τὸ θεῖον, νεῶν δὲ τούτῳ παρ' ἀνθρώποις καθιερωσθαι τὴν διάνοιαν μάλιστα τοῦ σοφοῦ μόνην, τιμὴν τε προσήκουσαν ἀπουέμεσθαι τῷ θεῷ ὑπὸ τοῦ μάλιστα τὸν θεὸν ἐγνωκότος· τοῦτον δὲ εἶναι εἰκότως μόνου τὸν σοφόν, ᾧ τιμητέον διὰ σοφίας, τὸ θεῖον, καὶ κατακοσμητέον αὐτῷ.

nequit, ut cum vitio, ad eum accedamus. Namque mundum immundo tangere ne Plato quidem fas esse ait. Quare hactenus purgare oportet passiones atque orientia ab his peccata. Jam vero nonne haec erant, quae tū maxime comprobabas; quaeque ut divina documenta apud te condita, sermone facem praeferente, legebas? Quomodo igitur non est absurdum, eam, cui persuasum est in se habere servans et servatum; perdens et perditum, opes et egestatem, parentem et virum verique boni magistrum, hiare ad suavis umbram, quasi verum ducem intus non habeas, neque in te ipsa omnigenam opum vim? quas quidem opes perire et effluere necesse est, si, nulla ratione habita servantis et servati, ad carnem te demittas.

X. Mea igitur umbra atque conspicua imagine neque praesens juvabo, neque absens molestiam creabo, siquidem mentem avertere a corpore curabis. Me autem pure diu noctuque frueris tamquam praesente et conjuncto cum defaecata et pulcherrima copula et porro inseparabili, si dabis operam, ut in te ipsam adscendas, colligens in tuo corpore membra omnia disjuncta sparsimque diffusa, nimirum ut virtus hactenus extensa conjunctione roboretur. Colliges autem atque cumulabis innatas animae facultates articulatim hactenus confusas, si ad lucem revocare obscuras conaberis: unde exorsus etiam divinus Plato a sensilibus ad abstracta nos vocavit: praeterea, si memor eris, et nectes audita mente versans, atque his doctrinis tamquam bonis consiliariis uteris, et mox cognitae opere exercebis constanter ad laborem incumbens.

XI. Ait autem philosophia, deum cunctis et ubique esse praesentem: mentem vero sapientis templum esse inter homines ei consecratum potissimum; immo unicuique honoremque convenientem deo tribui ab eo, qui deum maxime novit. Ejusmodi sapientem solum esse, a quo numen sapientia adorandum est, adornandumque

διὰ σοφίας ἐν τῇ γνώμῃ τὸ ἱερόν, ἐμψύχω ἀγάλματι τῶ  
 νῶ ἐνεικονισαμένου ἀγάλλοντα . . . Θεὸς μὲν γὰρ δεῖται  
 οὐδενός· σοφὸς δὲ μόνου θεοῦ· οὐ γὰρ ἂν ἄλλως καλὸς  
 καὶ ἀγαθὸς γένοιτο, ἢ νόων τὸ τε ἀγαθὸν καὶ καλόν, ὅπερ  
 ἐξέχει τοῦ θείου. Οὐδ' αὖ ἄλλος κακοδαίμων ἄνθρωπος,  
 ἢ πονηρῶν δαιμόνων ἐνδιαίτημα τὴν ψυχὴν κατασκευάσας.  
 Ἀνθρώπων δὲ σοφῶ θεὸς θεοῦ δίδωσιν ἐξουσίαν. Καὶ κα-  
 θαίρεται μὲν ἄνθρωπος ἐννοία θεοῦ· δικαιοπραγίαν δὲ ἀπὸ  
 θεοῦ ὁρμώμενος διώκει.

**XII.** Πάσης πράξεως καὶ παντὸς ἔργου καὶ λόγου θεὸς  
 ἐπόπτης παρέστι καὶ ἔφορος· καὶ πάντων ὧν πράττομεν  
 ἀγαθῶν τὸν θεὸν αἴτιον ἠγώμεθα· τῶν δὲ κακῶν αἰτιοὶ  
 ἡμεῖς ἐσμέν οἱ ἐλόμενοι· θεὸς δὲ ἀναίτιος· ὅθεν καὶ εὐ-  
 κταῖον τὰ ἄξια θεοῦ καὶ αἰτώμεθα ἅ μὴ λάβοιμεν ἂν παρ'  
 ἑτέρου· καὶ ὧν ἡγεμόνες οἱ μετ' ἀρετῆς πόνοι, ταῦτα εὐ-  
 χόμεθα γενέσθαι μετὰ τοὺς πόνους. Εὐχὴ γὰρ ῥαθυμοῦ  
 μάταιος λόγος. Ἄ δὲ κτήσάμενος οὐ καθέξεις, μὴ αἰτοῦ  
 παρὰ θεοῦ· δῶρον γὰρ θεοῦ πᾶν ἀναφαίρετόν· ὥστε οὐ  
 δώσει ὃ μὴ καθέξεις. Ὡν δὲ τοῦ σώματος ἀπαλλάγεισα  
 οὐ δεήσῃ, ἐκείνων καταφρόνει· καὶ ὧν ἂν ἀπαλλάγῃσα  
 δέη, εἰς ταῦτα σὺ ἀσκυμένῃ τὸν θεὸν παράκαλεῖ γενέ-  
 σθαι συλλήπτورا. Οὐκ οὖν δεήσῃ οὐδενός, ὧν καὶ ἡ τύχη  
 δοῦσα πολλάκις πάλιν ἀφαιρείται. Οὐδὲ πρὸ καιροῦ τινός  
 τὴν αἴτησιν ποιεῖσθαι, ἀλλ' ὅταν σοὶ ὁ θεὸς ἐν σοὶ οὖσαν  
 φύσει τὴν ὁρθὴν αἴτησιν ἐκφαίνῃ.

**XIII.** Δι' ὧν μάλιστα καὶ αὐτὸς ἐνοπρῖξασθαι πέ-  
 φυκεν, οὔτε διὰ σώματος ὁρατός ὧν, οὔτε διὰ ψυχῆς αἰ-  
 σχρᾶς καὶ ὑπὸ τῆς κακίας ἐσκοτισμένης. Κάλλος γὰρ ἐκεί-  
 νου τὸ ἀκήρατον, καὶ φῶς τὸ ζωτικὸν ἀληθείας διαλάμ-  
 πον· κακία δὲ πᾶσα ὑπ' ἀγνοίας διέψευσται καὶ ὑπὸ αἰ-  
 σχους διέστραπται. Ταῦτ' οὖν θέλε καὶ αἰτοῦ τὸν θεόν, ἅ θέλει  
 τε καὶ ἔστιν αὐτός· εὖ ἐκείνο γινώσκουσα, ὡς ἐφόσον τις τὸ σῶ-  
 μα ποθεῖ καὶ τὰ τοῦ σώματος σύμφυλα, ἐπὶ τοσοῦτον ἀγνοεῖ



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Know Your Bible

Forgotten Books' Full Membership provides unlimited access to more than 28,000 volumes of Christian literature for \$8.99/month

**HOLY  
BIBLE**

**Continue**

\*Fair use policy applies

τὸν θεὸν, καὶ τῆς ἐκείνου ἐνοράσεως ἑαυτὸν ἀπεσκότισε, καὶ ἂν παρὰ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις, ὡς θεὸς δοξάζεται. Σοφὸς δὲ ἄνθρωπος ὀλίγοις γνωσκόμενος, εἰ δὲ βούλει, καὶ ὑπὸ πάντων ἀγνοούμενος, γινώσκεται ὑπὸ θεοῦ. Ἐπέσθω τοίνυν ὁ μὲν νοῦς τῷ θεῷ, ἐνοπτριζόμενος τῇ ὁμοιώσει θεοῦ· τῷ δὲ νῷ ἢ ψυχῇ· τῇ δ' αὖ ψυχῇ ὑπηρετεῖτω τὸ σχῆμα, εἰς ὅσον οἶόν τε, καθαρᾶ καθαρὸν. Ἀπὸ γὰρ τῶν παθῶν ταύτης μαινόμενον, εἰς αὐτὴν πάλιν ἐπαναστρέφεται τὰ μιάσματα.

XIV. Τῇ δὲ ψυχῇ τῇ θεοφιλεῖ καὶ τῷ θεοφιλεῖ νῷ ἐν τῷ καθαρῷ σώματι ἔστωσαν καὶ πράξις ἀκόλουθος καὶ λόγος· αἰρετωτέρου σοὶ ὄντος [λίθου] εἰκῇ βαλεῖν, ἢ λόγον· καὶ τὸ ἠτιᾶσθαι τᾶληθῇ λέγοντα, ἢ νικᾶν ἀπατώντα· τὸ γὰρ νικῆσαν ἀπάτη ἐν τῷ ἡθεὶ ἠττηται· μάρτυρες δὲ κακῶν ψεύδεις λόγων. Ἀδύνατον τὸν αὐτὸν φιλόθεόν τε εἶναι καὶ φιλήδονον καὶ φιλοσώματον· ὁ γὰρ φιλήδονος καὶ φιλοσώματος πάντως καὶ φιλοχρήματος· ὁ δὲ φιλοχρήματος ἐξ ἀνάγκης ἄδικος· ὁ δὲ ἄδικος καὶ εἰς θεὸν καὶ εἰς πατέρας ἀνόσιος καὶ εἰς τοὺς ἄλλους παράνομος· ὥστε, καὶ ἐκατόμβας θύῃ, καὶ μυρίοις ἀνάδημασι τοὺς νεῶς ἀγάλλῃ, ἀσεβῆς ἐστὶ καὶ ἄθεος καὶ τῇ προαιρέσει ἱερόσυλος. Διὸ καὶ πάντα φιλοσώματον ὡς ἄθεον καὶ μιαρὸν ἐκτρέπεσθαι χρῆ.

XV. Καὶ οὐ ταῖς δόξαις οὐκ ἂν χρήσαιο, τούτῳ μῆτε βίου μῆτε λόγου, τοῦ περὶ θεὸν κοινῶναι. Λόγον, γὰρ θεοῦ τοῖς ὑπὸ δόξης διεφθαρμένοις λέγειν οὐκ ἀσφαλές· καὶ γὰρ καὶ τᾶληθῇ λέγειν ἐπὶ τούτων περὶ θεοῦ καὶ τὰ ψευδῆ κίνδυνον ἴσον φέρει. Οὕτε αὐτέ τινα προσῆκεν ἀνοσίων ἔργων μὴ καθαρεύοντα φθέγγεσθαι περὶ θεοῦ, οὕτε εἰς τοιούτων ἀκοᾶς ἐμβάλλοντα, τὸν περὶ θεοῦ λόγον οἴεσθαι μὴ μαινεῖν ἀλλ' ἀκροᾶσθαι καὶ λέγειν τὸν περὶ θεοῦ λόγον ὡς ἐπὶ θεοῦ. Προηγείσθω οὖν τοῦ περὶ θεοῦ λόγου τὰ θεοφιλῆ ἔργα, καὶ σιγάσθω ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος ἐπὶ πλήθους· ἀνοικειοτάτη γὰρ θεολογία κενόδοξία ψυχῆς. Νόμιζε αἰρετωτέρου εἶναι σιγᾶν ἢ λόγον εἰκῇ προέσθαι περὶ θεοῦ. Ἀξίαν

atque illius notionem ipsum sibi praecludere, etiamsi a cunctis hominibus ceu numen observaretur. Contra sapiens homo paucis notus, immo, si lubet, omnibus ignotus, noscitur a deo. Sectetur igitur mens deum, eumque tamquam in imagine contempletur: mentem sectetur animus: animo vero ipsi subserviat corporea figura, quantum fieri potest, pura puro. Secus corpus ab illius passionibus inquinatum in ipsum animum piacula retorquetur.

XIV. Pio autem animo piaequae menti in puro corpore consentiant opera et sermo. Quippe tibi optabilius est lapidem temere projicere quam sermonem: vincti vera dicentem, quam vincere alios fallentem. Nam qui fraude vincit, moribus deterior fit. Falsus sermo testis rei malae. Fieri nequit, ut idem deum amet et voluptatem atque corpus. Nam voluptatis corporisque amator idem utique est pecuniae cupidus: hic autem necessario injustus: injustus vero et in deum et in parentes impius est; et in reliquos omnes peccat: adeo ut, etiamsi hecatombas immolet innumerisque donis templa exornet, impius nihilominus sit et irreligiosus et impurus et mente sacrilegus. Quare omnis homo voluptati corporis deditus ceu irreligiosus et impurus vitandus est.

XV. Jam quorum dogmatibus uti nolis, eos neque ad convictum adhibebis, neque sermone de divinis rebus imperties. De his enim rebus cum iis loqui, qui falsa opinione corrupti sunt, haud tutum est. Nam sive vera sive falsa de deo apud hos narres, aeque periculosum est. Neque rursus decet sceleribus inquinatum de deo loqui, neque non videtur pollui ejusmodi sermo in impiorum aures demissus: sed prorsus oportet sermonem de deo et dici et audiri digne deo. Praecedant igitur divinum sermonem pia opera, neque in publica concione de deo sermo sit. Nullum enim theologiae cum animae vanitate commercium. Existima, melius esse silere, quam temerarium sermonem de deo effutire. Digna



σεῖ ποιήσει θεοῦ· τὸ μηδὲν ἀνάξιον θεοῦ μήτε λέγειν μήτε πράττειν, μήτε πάντα εἰδέναι ἀξιούν. Ὁ δὲ ἄξιος ἄνθρωπος θεοῦ, θεὸς ἀνέστη.

XVI. Καὶ τιμήσεις μὲν ἄριστα τὸν θεόν, ὅταν τῷ θεῷ τὴν σαυτῆς διάνοιαν ὁμοιώσεις. Ἡ δὲ ὁμοίωσις ἔσται διαίτη μόνης ἀρετῆς· μὴ γὰρ ἀρετὴ τὴν ψυχὴν ἀνω, ἔλκει, καὶ πρὸς τὸ συγγενές. Καὶ μέγα οὐδὲν ἄλλο μετὰ θεοῦ ἢ ἀρετὴ. Μείζων ἀρετῆς θεὸς· θεὸς δὲ ἄνθρωπον βεβαιοῖ, πράσσοντα καλά. Κακῶν δὲ πράξεων κακὸς δαίμων ἡγεμών. Ψυχὴ οὖν πονηρὰ φεύγει μὲν θεόν, πρόνοιαν δὲ θεοῦ εἶναι οὐ βούλεται, νόμου τε τοῦ θείου πάντα φαῦλον κολάζοντος ἀποστατεῖ παντός. Ψυχὴ δὲ σοφοῦ ἀρμόζεται πρὸς θεόν, αἰεὶ θεόν ὁρᾷ, σύχεστιν αἰεὶ θεῷ. Εἰ δὲ χαίρει τῷ ἀρχομένῳ, τὸ ἄρχον, καὶ θεὸς σοφοῦ κηδεταὶ καὶ προνοεῖ. Καὶ διὰ τοῦτο μακάριος ὁ σοφός, ὅτι ἐπιτροπεύεται ὑπὸ θεοῦ. Οὐχ ἡ γλῶττα τοῦ σοφοῦ τίμιον παρὰ θεῷ, ἀλλὰ τὰ ἔργα. Σοφὸς γὰρ ἀνὴρ καὶ σιγῶν τὸν θεόν τιμᾷ· ἄνθρωπος δὲ ἀμαθὴς καὶ εὐχόμενος καὶ θυῶν μιαίνει τὸ θεῖον. Μόνος οὖν ἱερεὺς ὁ σοφός, μόνος θεοφιλὴς, μόνος εἰδὼς εὐξασθαι.

XVII. Καὶ ἡ σοφίαν ἀσκῶν ἐπιστήμην ἀσκεῖ τὴν περὶ θεοῦ οὐ λιτανεύων αἰεὶ καὶ θυῶν, διὰ δὲ τῶν ἔργων τὴν πρὸς θεόν ἀσκῶν εὐσεβείαν. Θεῷ γὰρ εὐάρεστος οὔτε δόξαις ἀνθρώπων οὔτε σοφιστῶν κεναῖς φωναῖς γένοιτ' ἄν τις· αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν καὶ εὐάρεστον ποιεῖ θεῷ καὶ ἐκθεοῖ τῇ τε ἰδίας διαθέσεως ὁμοιότητι τῷ μετὰ ἀφθαρσίας μακαρίῳ. Καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν εὐσεβῆ καὶ δυσάρεστον ποιεῖ τῷ θεῷ. Οὐχ ὑπὸ θεοῦ πάσχων κακῶς (ἀγαθοποιὸν γὰρ μόνον τὸ θεῖον) ἀλλ' ὑφ' ἑαυτοῦ διὰ τε ἄλλα καὶ τὴν περὶ θεοῦ κακὴν δόξαν. Ἀσεβὴς οὐχ οὕτως ὁ τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν μὴ περιέπων, ὡς ὁ τὰς τῶν πολλῶν δόξας τῷ θεῷ συναπτῶν. Σὺ δὲ μηδὲν ἀξιόν ποτε ὑπολάβης περὶ θεοῦ μήτε τῆς μακαριότητος αὐτοῦ μήτε τῆς ἀφθαρσίας.

XVIII. Οὗτος γὰρ μέγιστος καρπὸς εὐσεβείας τιμᾷν τὸ



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



θεῖον· καὶ τὰ πάτρια· οὐχ ὡς ἐκείνου προσδεομένου, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἐκείνου εὐλαβεστάτης καὶ μακαρίας σεμνότητος εἰς τὸ σέβας αὐτοῦ ἐκκαλουμένου. Βωμοὶ δὲ θεοῦ λειτουργούμενοι, μὲν οὐδὲν βλάπτουσι, ἀμελούμενοι δὲ οὐδὲν ὠφελουσι. Ὅστις δὲ τιμᾷ τὸν θεὸν ὡς προσδεόμενον, οὗτος κέληθεν ἑαυτὸν δοξάζων τοῦ θεοῦ κρείττονα εἶναι. Οὐ χολωθέντες οὖν οἱ θεοὶ βλάπτουσι, ἀλλ' ἀγνοηθέντες ὄργη γὰρ θεῶν ἀλλοτρία· ὅτι ἐπὶ ἀβουλήτοις μὲν ἡ ὄργη θεῶν δὲ οὐδὲν ἀβούλητον. Μὴ τοίνυν μίαιναι τὸ θεῖον ἀνθρώπων πίναις ψεύδοδοξίαις· οὔτε γὰρ ἐκεῖνο βλάψεις· τό γε μακάριον διὰ παντός, καὶ οὐ πᾶσαι βλάβη τῆς ἀφθαρσίας ἐξελλήλαται, σαυτῆνι δὲ τυφλώσεις πρὸς τὴν τῶν μεγίστων καὶ κυριωτάτων διάγνωσιν.

**XIX.** Οὐδὲ ταῦτα λέγειν μετ' ἡγοῦ παραγγέλλοντα σέβειν θεόν· γελοῖος γὰρ ὁ τοῦτο παραγγέλλων, ὡς ἐπιδοστάζειν ἐνόητος περὶ τούτου. Καὶ οὐχ ὅτι τινὰ ποιοῦντες ἢ δοξάζοντες περὶ θεοῦ, καλῶς τοῦτον σέβομεν. Οὔτε δάκρυα καὶ ἰκετεῖαι θεὸν ἐπιστρέφουσι, οὔτε θυηπόλια θεὸν τιμᾶσιν, οὔτε ἀναθημάτων πλῆθος κόσμουσι θεόν, ἀλλὰ τὸ ἐνθεὸν φρόνημα καλῶς ἠδρασμένον συνάπτεται θεῶ. Χωρεῖν γὰρ ἀνάγκη τὸ ἴδιον πρὸς τὸ ὅμοιον. Θυηπόλια δὲ ἀφρόνων πυρὸς τροφή, καὶ τὰ παρὰ τούτων ἀναθήματα ἱεροσφόλοις χορηγία τῶν εἰκίλασιν. Σοὶ δὲ ὡς περ εἴρηται, νεῶς μὲν ἔστω τοῦ θεοῦ ὁ ἐν σοὶ νοῦς. Παρασκευαστέον δὲ αὐτὸν καὶ κοσμητέον εἰς καταδοχὴν τοῦ θεοῦ ἐπιτήδειον. Μηδὲ ἐφήμερος ὁ κόσμος ἔστω καὶ τὰ τῆς παραδοχῆς, καὶ πάλιν γέλωτες καὶ ἀφροσύναι καὶ τὸ χῶρημα τοῦ πονηροῦ δάμιμονος.

**XX.** Ἐὰν οὖν αἰὲ μνήμονεύης, ὅτι ὅπου ἀνιή ψυχὴ σου περιπατή, καὶ τὸ σῶμα ἐνεργὸν ἀποτελεῖ, θεὸς παρῆσθη μὲν ἔφορος ἐν πάσαις σου ταῖς βουλαῖς, καὶ ταῖς πράξεσιν, αἰδεσθήσῃ μὲν τοῦ θεοῦ τὸ ἀληστὸν, ἔξεις δὲ τὸν θεὸν σύνοικον. Καὶ τὸ στόμα οὖν σου πρόφασιν τινα πράγματος ἄλλου του διαλέγεται, μετὰ τῆς γνώμης

et patria instituta. Deus re quidem nulla eget, verum ejus reverendissima et beata dignitas ad ejusdem cultum invitat: Arae porro dei, si iis operemur, non nocent; si negligantur, non prosunt. Qui igitur deum colit, quasi is cultu egeret, hic (etsi imprudens) videtur quodammodo existimare, deo se esse meliorem. Dii igitur non nocent irati, sed ignorati. Ira a deorum natura aliena est: ira enim in inconsideratum cadit; nihil autem inconsideratum deus habet. Ne itaque deum polluas hominum erroribus: neque enim deo nocebis, qui beatus est in perpetuum, quumque sit incorruptibilis, nulli injuriae obnoxius est: te ipsam vero excaecabis, quominus maximarum potissimarumque rerum notitiam consequaris.

XIX. Neque haec a me propterea dici putes, quia ad dei cultum cohortari velim: ridiculum enim facit, qui id monet, quasi in dubium revocari possit. Neque si certis ritibus utimur, atque opinionibus erga deum, idcirco hunc bene colimus. Lacrymae ac supplicationes deum non commovent, victimae deum non honorant, donariorum cumulus deum non exornat: verum divinitus instincta mens et bene constituta cum deo conjungitur. Necesse enim est, ut similia inter se jungantur. Victimae insipientium ignis pabulum sunt, et horum donaria sacrilegorum praeda fiunt. Tibi ergo, ut diximus, dei templum tua mens esto, quae quidem ita instruenda atque adornanda est, ut dei idoneum sit receptaculum: neque ejusdem temporalis sit apparatus et tamquam hospitium, ita ut rursus ridicula et stulta sequantur et mali genii habitatio.

XX. Si igitur semper memineris, ubicumque animus tuus versabitur corpusque ipsum operosum reddet, ibi deum adesse praesentem cogitationibus omnibus atque actionibus tuis; revereberis sane scrutatorem, cujus oblivisci non est fas, deumque habebis familiarem. Quod si os tuum quavis de causa quidvis aliud loquatur,

τὸ φρόνημα τετράφθω πρὸς τὸν θεόν. Οὕτως γὰρ ἔσται καὶ ὁ λόγος ἐνθεος ἔσται διὰ φωτὸς τοῦ θεοῦ τῆς ἀληθείας λαμπρυνόμενος καὶ ῥᾶον προχωρῶν. Θεοῦ γὰρ γνώσις ποιεῖ βραχὺν λόγον.

**XXI.** Ὅπου δ' ἂν λήθῃ παρέισέλθῃ θεοῦ, τὸν κακὸν δαίμονα ἀνάγκη ἐνοικεῖν. Χώρημα γὰρ ἢ ψυχῆ, ὡσπερ μεμαθηκίας, ἢ θεῶν ἢ δαιμόνων καὶ θεῶν μὲν συνόντων πράξῃ τὰ ἀγαθὰ καὶ διὰ τῶν λόγων καὶ διὰ τῶν ἔργων. Ὑποδεξαμένη δὲ ψυχῆ τὸν κακὸν σύννοικον, διὰ πονηρίας πάντα ἐνεργεῖ. Ὅταν οὖν ἴδῃς ἄνθρωπον τοῖς κακοῖς χαίροντά καὶ δρῶντα, γινώσκει τούτον ἠρνεῖσθαι μὲν τὸν θεὸν ἐν τῇ γνώμῃ, πονηροῦ δὲ δαίμονος ὄντα ἐνδιαίτημα. Θεὸν οἱ μὲν εἶναι νομίζοντες καὶ διοικεῖν ἅπαντα, τοῦτο γέρας ἐκτήσαντο διὰ τῆς γνώσεως καὶ τῆς βεβαίας πίστεως, τὸ μεμαθηκέναι, ὅτι ὑπὸ θεοῦ προνοεῖται πάντα, καὶ εἰσὶν ἄγγελοι θεῶν τε καὶ ἀγαθοὶ δαίμονες ἐπόπται τῶν πραττομένων, οὓς καὶ λαθεῖν ἀμήχανον. Καὶ δὴ τοῦτο οὕτως ἔχειν πεπεισμένοι, φυλάττονται μὲν μὴ διαπίπτειν τοῖς κατὰ τὸν βίον, πρὸ ὕψεως ἔχοντες τὴν τῶν θεῶν ἀναπόδραστον ἐφόρασιν. Εὐγνώμονα δὲ βίον κτησάμενοι μανθάνουσι θεοὺς, γινώσκοντά τε γινωσκομένοις θεοῖς.

**XXII.** Ὅς δὲ μήτε εἶναι θεοὺς πιστεύσαντες, μήτε προνοία θεοῦ διοικεῖσθαι τὰ ὅλα, δίκης κόλασιν πεπόνθασιν τὸ μήτε ἑαυτοῖς πιστεύειν μήθ' ἑτέροις, ὅτι θεοὶ καὶ εἰσὶ καὶ οὐκ ἀλόγῳ φορᾷ διοικεῖται τὰ πάντα. Εἰς κίνδυνον οὖν ἄφατον ἑαυτοὺς ἐμβαλόντες, ἀλόγῳ ὁρμῇ καὶ εὐδιαπτώτῳ τοῖς κατὰ τὸν βίον ἐπιτίθενται, καὶ πάντα δρῶσιν, ἃ μὴ θέμις, ἀναιρεῖν πειρώμενοι τὴν περὶ θεοῦς ὑπόληψιν. Καὶ δὴ τούτους μὲν ἀγνοίας ἕνεκα καὶ ἀπιστίας θεοὶ διαφεύγουσιν· αὐτοὺς δὲ θεοὺς καὶ τὴν ὁπαδὸν τῶν θεῶν δίκην οὔτε φεύγειν οὔτε λαθεῖν δύνανται. Βίον δὲ κακοδαίμονα καὶ πλανήτην ἐλόμενοι, ἀγνοοῦντες θεοὺς γινώσκονται θεοῖς καὶ τῇ δίκῃ τῇ παρὰ θεῶν.

15. Ζητεῖν δεῖ etc.] Haec sententia paullo auctior ita reperitur apud Stobaeum Serm. 1. (Pythagorae adscripta, O.) Ζητεῖν δεῖ καὶ ἄνδρα καὶ τέκνα καὶ φίλους τοὺς κατὰ τὴν (al. καὶ μετὰ τὴν) ἀπαλλαγὴν τοῦ βίου παραμένοντας. [Holsten.] Intelligit scilicet auctor actiones egregias, quae manent post fata defuncti. Scite Epaminondas, cum ipsi orbitas liberorum objiceretur: *Neque stirps, inquit, mihi potest deesse; nam, ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quae non modo mihi superstes, sed etiam immortalis sit, necesse est.* Conf. Cornelius Nepos in ejus vita Cap. X. In quam mentem et Ovidius de suis carminibus Trist. Lib. III. Eleg. XIV. v. 13 seq.

*Palladis exemplo de me sine matre creata*

*Carmina sunt: stirps haec progeniesque mea est.* [Schier.]

At v. τέκνα de egregie factis accipere vetant verba καὶ ἄνδρα καὶ φίλους. Et quid prohibet proprio sensu interpretari haec verba? ut sententia sit: *Talis maritus et tales amici comparandi, talesque liberi educandi, quorum, tanquam justorum bonorumque hominum, fama post fata superstes sit.* [O.]

16. πρὸς εὐζωΐαν] Aristotelés Ethic. Nicom. Lib. I. Cap. 8. Συνάδει δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ εὐζῆν καὶ τὸ εὐπραγῆν τὸν εὐδαίμονα, σχεδὸν γὰρ καὶ εὐζωΐα τις εἴρηται καὶ εὐπραγία. Conf. Gataker: ad Antonin. Lib. III. §. 12. Opp. Tom. II. pag. 87. [O.]

17. Ἡ τῶν ὄντως ὄντων κτήσις etc.] Per vera bona intelligi hic animi virtutes in proclivi est. His gemina tradit Maximus Tyr. Diss. XXXIV. (IV Reisk.) οὐδὲν καλὸν ὑπὸ βασάνης γίνονται. et Dissert. V. (XXI. Reisk.) adducit Hesiodi versus *Erg.* 287.

*Τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἐστὶν ἐλεῶθαι,*

*Τῆς δ' ἀρετῆς ἰδρωτὰ θεοὶ προπαροῖθεν ἔθηκαν.* [Schier.]

19. Ἡγοῦ μάλιστα φίλους] *Μάλιστα pro μᾶλλον.* Vide supra ad Simil. Socr. No. 73. [O.]

20. ὅλα τὰ τῶν ἀμαθῶν ὄνειδος εἶναι τὸν βίον] Ferenda quidem verba τὸν βίον tanquam appositio explicationis causa v. ὅλα addita: *omnia, quae faciunt stulti, totam illorum vitam, alles was die Unverständigen treiben, ihr ganzes Wesen.* Malim tamen legere vel τοῦ βίου, vel, quod magis placet, τὰ

ὅλα (scil. κατὰ), ἰ. γ. ὅλως. Nisi forte scripsit Demophilus ὅλα τὰ τῶν ἀμαθῶν ὄνειδος εἶναι τὸ ἴδιον, omnia (quaecunque dicant faciant-ve imperiti) proprium ipsorum esse opprobrium. Joannes Weberus, qui sententias Demophili cum versione sua Germanica metrica edidit ad calcem Catonis Triglotti Francofurti 1605, plane neglexisse videtur posteriora verba, sententiam sic vertens:

*Wenn dich ein Böser lobt, sollt du gar nit betrachten,*

*Das Loben eines Narrn sollt du fur Thorheit achten. [O.]*

21. Θέλῃς μᾶλλον etc.] Haec sententia integra legitur apud Stobaeum Serm. 44. [Schier.]

22. Θυηπολία ἀφρόνων etc.] Haec sententia, auctius meliusque legitur apud Hierocl. Commentar. in aur. Carm. pag. 24. Needh. — Δῶρα καὶ θυηπολῖαι ἀφρόνων πρὸς τροφή· καὶ ἀναθήματα ἱεροσύλοις χορηγία. Porphyrius ad Marcellam Cap. 19. ita habet: Θυηπολία τῶν ἀφρόνων πρὸς τροφή, καὶ τὰ παρὰ τούτων ἀναθήματα ἱεροσύλοις χορηγία. quae postrema verba bene vertit Levesque: *des appas pour les voleurs sacrileges. [O.]*

24. Κακὰ μείζω πάσχει etc.] Eandem hanc sententiam in Stobaeo (et Maximo Cap. 5.) leviter immutatam ita legitur: κακὰ μείζω πάσχει διὰ τοῦ συνειδότος ὁ ἀδικῶν βασανιζόμενος, ἢ ὁ τῷ σώματι καὶ ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενος. [Schier.]

27. Δυποῦντα τὸν πλησίον etc.]

*Si quis est, qui dictum in se inclementius*

*Existimarit esse, sic existimet,*

*Responsum, 'non dictum esse, quia laesit prior.*

Ita molestias exhibuit Terentius molesto sibi Lavinio in Prologo Eunuchi v. 4., de quo etiam in Phormionis prologo v. 20.

*Benedictis si certasset, audisset bene:*

*Quod ab illo allatum est, sibi id relatum putet. [Id.]*

28. Μεγάλην παιδείαν etc.] Hanc Pythagorae sententiam ita nobis Stobaeus Serm. XIX. servavit: Μεγάλην παιδείαν νόμιζε, δι' ἧς δυνήσῃ φέρειν ἀπαιδευσίαν. [Idem.]

29. Νόμου θείου etc.] Stobaeus hanc Pythagorae sententiam habet Serm. II. [Idem.]

30. ἀλλ' οὐδὲ συγγενοῦς τι διαφέρει] Apud Stobaeum Serm. IX. rectius ἀλλὰ καὶ συγγενοῦς διαφέρει. [Holsten.] συγγενοῦς διαφέρει vert. praestat, antecellit cognato, significatione notissima. [O.]

31. Ὅσα' πάθη etc.] Eandem sententiam habet etiam Porphyrius ad Marcellam Cap. XXXIV. fin. vide infra. [O.]

τοσοῦτοι οἱ ὧμοι] Rectius Porphyrius l. l. τοσοῦτοι καὶ ὧμοι etc. [O.]



32. Οὐδεὶς ἐλεύθερος ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν] Sententiam Pythagorae adscriptam habet etiam Stobaeus Serm. VI. Inserta copula emerget Senarius.

Οὐδεὶς ἐλεύθερός ἐστιν ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν. [Zehner.]

Qui affectibus succumbit et inservit, non censendus est amplius liber, quod Demophilus per ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν videtur intellexisse. Ἐλεύθερον ἀδύνατον εἶναι, πάθει δουλεύοντα, inquit Pythagoras apud Stobaeum Serm. XVII. et Maxim. Cap. III. [Schier et O.] Sic noster Poeta: *Kein Mensch ist edel und frei, der den Begierden gehorcht.* [Stroth.]

33. Παντὸς καλοῦ κτήματος etc.] Eandem sententiam Pythagorae adscriptam habet Stobaeus Serm. XVII. [Schier.]

34. Πέπεισο μὴ εἶναι etc.] Etiam hanc Pythagorae sententiam refert Stobaeus Serm. I. [Idem.]

35. Ποίει ἂ κρῖνεις etc.] Et haec sententia Pythagorae est, quae apud Stobaeum Serm. 44. ita habet: Ποίει ἂ κρῖνεις εἶναι καλὰ, κἄν ποιῶν μέλλης ἀδοξεῖν. φαῦλος γὰρ κρῖτις παντὸς καλοῦ πράγματος ὄχλος· διόπερ ὧν ἂν τῶν ἐπαίνων καταφρονῆς, καὶ τῶν ψόγων καιαφρόνει. [O.]

36. Πειραν ἀνθρώπου etc.] Sextus Pythagoreus ita hanc sententiam efferit: *Viri periculum in operibus primo, sicut in verbis, facito.* Et Plato Epist. X. τὸ βέβαιον καὶ πιστὸν καὶ ὑγιές, τοῦτο ἐγὼ φημὶ εἶναι τὴν ἀληθινὴν φιλοσοφίαν. [Schier.]

38. Καὶ τὰ ἄλλα φυτὰ τῆς γῆς ῥίζης ἀποκοπέν-  
τα] Dubito, annon deleto ἄλλα legendum sit καὶ τὰ φυτὰ etc. Nam minus bene ὕδατος προχοαὶ dicuntur φυτὰ τῆς γῆς. V. ῥίζης referendum ad utrumque, tum *radices plantarum*, tum audaciori nonnihil metaphora etiam ad *fontes rivulorum*. [O.]

39. Ῥώμη ψυχῆς σωφροσύνη etc.] Et hoc ex magistro suo hausit Demophilus noster. Nihil enim Pythagoras suis prius quam temperantiam commendavit. Vide Stobaeum Serm. V. et XVII. [Schier.] Postrema verba τεθνᾶναι δὲ etc. apud Porphyrium in Epistola ad Marcellam Cap. ult. ita leguntur: Πολλῷ γὰρ κρεῖττον τεθνᾶναι, ἢ δι' ἀκρασίαν τὴν ψυχὴν ἀμαυρῶσαι. [O.]

40. Ῥαδίως etc.] Hinc emendandus Antonius Meliss. C. 148. περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας, ubi postrema verba corruptissime leguntur ita: ἐπισφαλῆ γὰρ τὰ τοιαῦτα· τὸ δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ ὀχεῖσθαι τοῦ θεοῦ μόνον βέβαιον. [Holsten. et O.]

σαλεύοντα ἐπὶ φίλοις] Modus loquendi Atticis usitatus. Nam σαλεύει, *quatit*; saepe sumitur pro σαλεύεται, *quatitur*, docente Suida. [Schier.] Proprie de navibus fluctibus agitatis.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



ἀδροῖς (Cod. Alexandr. ἀνδρῶν) τοῦ θάνασθῆναι τὰ πρόσωπα αὐτῶν. [O.]

4. Βέλτιστοι γινόμεθα πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζοντες] Ad hanc Pythagorae sententiam respexisse videtur Cicero, cum ista scripsit Libro I. de Legg. Cap. XI. *Siquidem et illud bene dictum est a Pythagora, doctissimo viro, tum maxime et pietatem et religionem versari in animis, quum rebus divinis operam daremus.* (ubi vide Goerenz p. 141 seq. O.) et Seneca (Epist. 94.): *Pythagoras ait, alium animum fieri intrantibus templum, deorumque simulacra ex vicino cernentibus, et alicujus oraculi operientibus vocem.* Egregius porro in eandem exstat Suidae locus (ex aliquo scriptore deperdito excerptus) in "Ἀνθρωπος αὐτὸς ἑαυτοῦ βελτίων γίνεται, ubi haec leguntur: "Ἐλεγον (οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου), τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν ἑαυτοῦ βελτίω κατὰ τρεῖς τρόπους γίνεσθαι· πρῶτον μὲν τῇ ὁμιλίᾳ τῇ πρὸς τοὺς θεοὺς, ἀνάγκη γὰρ προσιόντα αὐτοῖς κατ' ἐκείνου καιροῦ χωρίζεσθαι αὐτὸν πάσης κακίας, εἰς δύναμιν ὁμοιοῦντα ἑαυτὸν τῷ θεῷ· δεύτερον ἐν τῷ εὖ ποιεῖν, θεοῦ γὰρ τοῦτο καὶ θείας μιμήσεως· τρίτον ἐν τῷ ἀποθνήσκειν· εἰ γὰρ κατὰ ποσὸν πλὴν ἢ ψυχὴ τοῦ σώματος, ἐν τῷ ζῆν τὸ ζῶον, χωριζομένη βελτίων γίνεται ἑαυτῆς, ἐν τε τοῖς ὑπιοῖς κατὰ τοὺς ὄνειρους, καὶ ἐν ταῖς ἐκστάσεσι τῶν νόσων μαντικῇ γίνεσθαι, πολλῷ μᾶλλον βελτιοῦται, ὅταν τέλειον χωρισθῆ ἀπὸ σώματος. [Rittersh.]

πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζοντες] Sic etiam Latini *divos adire*, i. e. *templa deorum ad precandum vel sacrificandum.* [O.]

5. Γλώσσης etc.] Similiter D. Jacobus Epist. Cap. 1. vs. 26. *Εἴ τις δοκεῖ θρησκός εἶναι, μὴ χαλιναγωγῶν γλώσσαν αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπατῶν καρδίαν αὐτοῦ, τούτου μάταιος ἢ θρησκεία.* Conf. Cap. 111. v. 2. et seqq. [O.]

7. Ἐλοῦ βίον ἄριστον. etc.] Addit Plutarchus aliud ejusdem Pythagorae praeceptum: *Ἐλοῦ πόλιν τὴν ἀρίστην καὶ ἡδίστην· πατρίδα δὲ αὐτῆν ὁ χρόνος ποιήσει.* Idem tamen in Commentario de Tranquillitate animi quodammodo reprehendens hoc Pythagorae dictum haec addit: *οὐ γὰρ ἡ συνήθεια ποιεῖ τοῖς ἐλομένοις τὸν ἄριστον βίον ἡδὺν, ὡς τις εἶπεν, ἀλλὰ τὸ φρονεῖν ἅμα τὸν αὐτὸν βίον ποιεῖ καὶ ἄριστον καὶ ἡδίστον.* Ejusdem praecepti meminit praeter Stobaeum Serm. I. etiam Basilius in Oratione ad adolescentes, quomodo ex Graecis literis utilitatem capere queant. [Rittersh.] Integra Pythagorae sententia, cujus hic et in Sententia 16. partes tantummodo dedit Zehnerus, ap. Stobaeum l. l. sic legitur: *Πυθαγόρας ἔφη, ὅτι χρὴ βίον αἰρεῖσθαι τὸν ἄριστον, ἡδὺν γὰρ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει. Πλοῦτος ἀσθενής*

ἄγκυρα, δόξα ἔτι ἀσθενεστέρα, τὸ σῶμα ὁμοίως, αἱ ἀρχαί, αἱ τιμαὶ, πάντα ταῦτα ἀσθενῆ καὶ ἀδύνατα. Τίνες οὖν ἄγκυραι δυναταί; φρόνησις, μεγαλοψυχία, ἀνδρεία. ταύτας οὐδεὶς χειμῶν σαλεύει. οὗτος θεοῦ νόμος, ἀρετὴν ἔχειν τὸ ἰσχύον μόνον, τὰ δ' ἄλλα λήρον. [O.]

8. Ἡ ἐπιστήμη τῆς τελειότητος τῶν ἀρετῶν] i. e. ars virtutes perficiendi et consummandi, die Kunst die Tugenden zur höchsten Vollkommenheit zu bringen. Sequentem vocem τῆς ψυχῆς possis conjungere cum ἀρετῶν, virtutum animi. Equidem malim cum εὐδαιμονία, ut sensus sit: Scientia virtutum omnium consummandarum summa est animi felicitas. [O.]

12. Μοῦσαι Σειρήνων ἠδίους] Sensum proverbii optime explicat ipse Clemens l. l. pag. 294. ed. Sylburg. Colon. Μὴ λόγου χρῆσις ἀστεία, ἢ τέρπειν μᾶλλον ἢ ὠφελεῖν τοὺς ἀκούοντας δυναμένη. Μούσους Σειρήνων ἠδίους ἠγεῖσθαι Πυθαγόρας παραινεῖ, τὰς σοφίας ἀσκεῖν μὴ μετὰ τῆδονῆς διδάσκων, ἀπατηλὸν δὲ τὴν ἄλλην διελέγγων ψυχαγωγίαν. [O.]

13. Οἱ θεοὶ τῶν κακῶν εἰσιν ἀναίτιοι] Egregie in eandem sententiam Antoninus Commentar. Lib. VI. §. 1. Ἡ τῶν ὄλων οὐσία εὐπειθῆς καὶ εὐτρεπῆς· ὁ δὲ ταύτην διοικῶν λόγος οὐδεμίαν ἐν ἑαυτῷ αἰτίαν ἔχει τοῦ κακοποιεῖν· κακίαν γὰρ οὐκ ἔχει· οἷδ' ἐτι κακῶς ποιεῖ· οὐδὲ βλάπτεται τε ὑπ' ἐκείνου· πάντα δὲ κατ' ἐκείνων γίνεται καὶ περαίνεται. ubi vid. Gataker. Opp. Tom. II. pag. 170. Conf. Hierocl. Fragment. pag. 282 seq. ed. Needham. et J. Ch. Wolf. Cur. Philol. in N. Test. ad Jacobi Epist. Cap. I. v. 13. [O.]

14. Οἱ μὴ κολάζοντες etc.] Valde ad rem facit ista Lactantii sententia de ira dei Cap. 17. Bonorum salutem custodit, qui malos punit· at qui nocenti parcat, ut pluribus noceat, ipse est nocens. Et Cleobuli apud Ausonium:

*Parcat quisque malis, perdere vult bonos.*

Sic enim ibi legendum probavi olim in Exercit. Epistolic. ad Auson. Vulgo male puto legi: *Parcat quisque bonis, perdere vult malos.* Sic C. Memmius apud Sallustium: *ne ignoscendo malis bonos perditum eatis.* [Rittersh.]

16. τὸ ἰσχύον] Legendum omnino τὸ ἰσχυρόν [O.]

18. Πάντων χαλεπώτατον etc.] Sic et D. Jacobus in Epist. Cap. I. vs. 2. Πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες· εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνὴρ, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὄλον τὸ σῶμα. [O.]

20. Σαρκὸς φωνή etc.] Hoc est: *Corpus nihil amplius requirit, desiderat, quam ne famem, ne sitim, ne frigus patia-*

*tur.* In eandem sententiam D. Paulus in I. ad Timotheum Epistola Cap. VI. v. 8. "Εχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάζματα, τοῖς ἀρχιεσθῆσόμεθα. [O.]

24. Τὰ τῶν φίλων κοινὰ] Κοινὰ τὰ τῶν φίλων λέγεται ἐπὶ τῶν εὐμεταδότων. Φασὶ δὲ λεχθῆναι πρῶτον τὴν παροιμίαν περὶ τὴν μεγάλην Ἑλλάδα, καθ' οὗς χρόνους ὁ Πυθαγόρας ἐπειθε τοὺς αὐτοῦ κατοικοῦντας ἀδιανέμητα πάντα κεκτηῆσθαι. Φησὶν γοῦν ὁ Τίμαιος ἐν τῇ ΙΕ οὕτω· Προσιόντων δ' οὖν αὐτῷ τῶν νεωτέρων, καὶ βουλομένων συνδιατρίβειν, οὐκ εὐθὺς συνεχώρησεν, ἀλλ' ἔφη δεῖν καὶ τὰς οὐσίας κοινὰς εἶναι τῶν ἐντυγχανόντων· εἶτα μετὰ πολλὰ φησὶν, καὶ δὲ ἐκείνους πρῶτον ῥηθῆναι κατὰ τὴν Ἰταλίαν, ὅτι κοινὰ τὰ τῶν φίλων. Ἐμνήσθη ταύτης καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Θ τῶν ἠθικῶν. Κλέαρχος δὲ φησὶν, ὑπὸ Χαλκιδέων τῶν ἐν Εὐβοίᾳ πεμφθῆναι δῶρα εἰς Ἀελφούς Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι τῶν δὲ Ἀελφῶν μαντευομένων, εἰ ἐξ ἰσῆς τὴν ἀνάθεσιν ποιήσονται, ἔφησεν ὁ θεός· Κοινὰ τὰ τῶν φίλων. καὶ Μίνανδρος ἐν Ἀδελφοῖς δευτέροις. Hacc Scholion ad Platon. Phaedr. in Siebenkees. Anecd. Gracc. pag. 70. [O.]

25. κτήσασθαι εὐτονήσαντες] Zehnerus vertit qui *assequi* possint. Sed quamvis εὐτονέω nonnunquam idem sit quod δύναμαι, v. c. ap. Plutarch. περὶ ὄνσωπίας, μὴ βουλόμενοι μηδὲ εὐτοιούντες εἰπεῖν, Οὐκ οἶδεν ἡμᾶς ὁ βασιλεὺς, malim tamen h. l. interpretari qui laborant, operam dant, ut adipiscantur, die sich anstrengen es zu erlangen. Hoc enim proprie est εὐτονεῖν. [O.]

29. Χρὴ σιγαῖν etc.] Aliter hoc praeceptum Laertius adfert: "Ἐλεγον οἱ Πυθαγόρειοι μὴ εἶναι πρὸς πάντας πάντα ῥητά. Sic doctissimus Romanorum Varro apud S. Augustinum Lib. IV. de Civ. Dei Cap. 31. *Multa sunt vera, quae non modo vulgo scire non est utile, sed etiam, tametsi falsa sint, aliter populum existimare expedit. Et ideo Graeci τελεστὰς ac mysteria taciturnitate parietibusque clausurunt.* [Rittersh.]

31. οὐ δέσση] Futurum h. l. pro imperativo, ut saepissime, etiam in S. Scriptura, v. c. Matth. V, 43. ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι. ibid. XV, 21. οὐ φονεύσεις, ne occidito. Vid. intpp. ad Viger. pag. 198. Herm. et Matthiae Grammat. Gr. §. 511. pag. 717. et seq. [O.]

34. Ἔστι δὲ αὐτῷ ὁ μὲν νεηνίσκος μερᾶκιον etc.] Praeclarus est de nominibus Graecis variarum humanae vitae aetatum Ammonii locus de Diff. vocum v. Γέρων (ex Aristone vel potius, ut Valckenarius ὁ πάνυ emendat, Aristophane Byzantio): Βρέφος ἐστὶ, τὸ γεννηθὲν εὐθείως· Παιδίον δὲ, τὸ τρεφόμενον ὑπὸ τιθηνῶν· Παιδάριον δὲ, τὸ ἤδη περιπατοῦν καὶ τῆς λέ-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Know Your Bible

Forgotten Books'  
Full Membership  
provides unlimited  
access to more than  
28,000 volumes of  
Christian literature for  
\$8.99/month

**HOLY  
BIBLE**

**Continue**

\*Fair use policy applies

movent me, quae Rich. Warrenus (seu Car. Ashtonus fuit in Hierocl. ed. Lond.) ad pluralem tuendum adnotavit. [Schaefer.]

v. 2. ἀγαυούς.] Punctum deleam. [Schaefer.]

v. 3. ἐννομά ῥέζων] Camerar. ἔντομα ῥέζων. Male. ῥέζειν verbum sacrum solenne in sacrificiis, ut Latinorum *facere*. [Glandorf.]

v. 6. ἔργοισι τ'] Junt. Froben. Ruffin, ἔργοισι τs sine elisione.

v. 9. δ' εἰθίζεο] Ita Stobaeus Serm. V. Aldd. Camerar, Salmas. Needham. consentiente Hierocle et III MSSis Oxon, δὲ εἰθίζεο Hertel. et Stephan. Curter. Marcil. Sylburg. [Gland.] Infra v. 35. εἰθίζον. Nota formam εἰθίζω, agnitam etiam H. Stephano Ind. in Thesaur. c. 814. G. ubi haec carmina citantur, Itaque non opus, quod alii habent, δὲ εἰθίζεο. [Schaefer.]

v. 11. προήξεις] Sic pleraeque editt. et Stobaeus. Stephanus autem et eum secuti Lectius et Winterton. προήξης.

v. 12. Μήτ' ἰδίην] Sic omnes edd. Stephanus tamen in margine adscripsit μήτ' αὐτός ex Stobaeo Serm. I.

v. 13. ἄσκεϊ] Sic Stobaeus Serm. I, et Stephanianae. Reliquae omnes ἀσκεῖν.

v. 16. φίλει] Sic Aldinae, Marcil, Salmas. Arabica versio. φιλεῖ et ὀλέσθαι pro ὀλέσαι Camer. Stephan. Sylb. Curt. Needh. et Hierocles p. 68. [Gland.] Malim φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι, ut haec quoque a γινῶθι ὡς pendeant. κτᾶσθαι significatione passiva passim legitur, rarius in classicis, saepius in scriptoribus posteriorum temporum, Vide quae notavi ad Schol. Apollonii Rhodii p. 53. et ad Memnonis Excerpta p. 234. Orell. [Schaefer.]

v. 17. Ὅσα τε] Ὅσα δὲ habet MS. Oxon. B. et Plutarch. Consol. ad Apollon. Opp. Tom. II. p. 116. ed. Francof. Marcil. et Glandorf.

v. 18. Ἦν ἄν μοῖραν ἔλῃς] Ita Brunck. ex Medic. Editt. reliquae ὦν ἄν, MS. Paris. Reg. ὦς ἄν, quod Londinensis editor Hieroclis cum Curterio praefert. ἔλῃς pro ἔχῃς ex Stobaeo est. Cet. vid. Glandorf.

ταύτην φέρει] Sic Brunck. e Medic. Al. πρώως φέρει.

v. 22. ὦν μήτ'] Hierocl. p. 100. ed. Needh. οὐς μήτ', sequente Salmasio.

ἑάσης] Sic Aldd. Neander, Stephanianae, Curterius, Salmasius, Gland. et Stob. Serm. III, ἑάσης Camerar. Marcil, Sylb.

v. 23. ψεῦδος δ' ἦν περ τι λέγεται] Stobaeus Serm. III. legit ψεῦδος δ' ἦν σοί τι γένηται.

v. 24. *πρῶως ἴσχ'*] Sic omnes Aldd. Hertel. Steph. Marcil. Sylb. *πρῶως εἶχ'* Cuieter. Dacer. Needh. etc. Stobaeus Serm. III. *πρῶως εἶλ'*.

*ἐπι παντί*] Sic edd. omnes. Stephanus autem in marg. *ἐπι πᾶσι* ex Stob. l. c.

v. 26. *ὅ τι*] Ald. in fol. *ὅτι*, in 4. autem *ὅ, τι*.

v. 28. *Δειλοῦ τοι*] Sic omnes editt. Camerarius tamen *Δειλοῦ τι*. Sic Wechel. Marcil. et Dacier. sed vitiose. Needhamus uncis inclusit versiculum, sed parenthesis Anglorum more, non *ἐπιθείαν* indicantibus. Nam omnes Codd. etiam Oxon. hunc versum habent, Hierocles quoque et Stob. Serm. IV. [*Glandorf.*]

v. 32. *τῆς περὶ σῶμ'*] Stobaeus Serm. XCIX. leg. *τῆς κατὰ σῶμ'*.

v. 34. *ἀνιήσῃ*] Sic Curter. Marcil. Needh. et Brunck. *ἀνιήσει* Aldd. Stephanianae, Sylb. et Salmas.

v. 36. *ταῦτα*] Gallici MSS. et A C D Oxon. habent *τοιαῦτα*.

v. 37. *ὅποῖα καλῶν ἀδαήμων*] Stob. Serm. XVI. leg. *ἀπειροκάλως ἐνὶ ἡμῶν*. (quod soloecum est. Legendum enim esset *ἐνὶ i. e. ἐνεστὶ ἡμῶν*.) Sed *ἀπειροκάλως*, vox prosaica, manifestum est glossema scioli cuiusdam et interpretatio v. *καλῶν ἀδαήμων*.

v. 39. Inter hunc versum et sequentem in MSto Augustano chartaceo leguntur, uti Dav. Hoeschelius notavit, hi duo versus, qui etiam apud Porphyrium no. 40. ed. Kuster. occurrunt:

*Πρῶτα μὲν ἐξ ὑπνοιο μελίφρονος ἐξυπαναστάς*

*Εὐ μάλα ποιπνύειν, ὅσ' ἐν ἡματι ἔργα τελέσσειν.*

v. 41. *τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν*] Sic Codd. et Edd. omnes et Porphyrius in vit. Pythag. No. 40. Dacier. autem et Needham. ex Hierocle p. 156. 158.

*Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων λογίσασθαι ἕκαστον.*

v. 42. *Πῆ παρέβην*] Sic editt. omnes, etiam Diog. Laert. VIII. §. 22. et Plutarchus de Superstit. Opp. p. 168. Suidas in v. *Πυθαγ.* legit *ποῖ*. Arabs reddit *ποῦ*. Sed *πῆ* unice verum. *πῆ* i. e. *qua ratione, qua in re*, Vid. Thom. Mag. p. 652.

*δέον οὐκ ἐτελέσθη*] Epictet. *δέον ἐξετέλεσται*.

v. 44. *Δειλὰ*] Sic habent omnes Edd. praeter Wechel. Curter. Marcil. Omeis. Dacier. Needh. qui legunt *δεινὰ*, uti habent quoque Epictet. Arrian. Lib. IV. Cap. VI. Clemens Alex. Paedag. Lib. I, 10. nec non Hierocles ad h. v. Praeferendum tamen *δειλὰ*, quod hoc sensu semper in Theognide et Hesiodo (v. c. *Ἔργ.* 713.) occurrit. Quid quod *λ* et *ν* saepe permutantur. Vid. Dorville ad Charit. p. 235. [*Gland.*]



τέρπου] Sic omnes edd. usque ad Needh. Sed praeferendum τέρπεν. Post hunc versum in Codd. Oxon. ACD et Augustan. reperitur iterum versus παρεμβεβλημένος :

Ταῖς αὐταῖς ἀρεταῖς ποιεῖ φίλον, ὅν κ' ἐθέλησθα.

quem Harlesius recte glossema suspicatur ex v. 5. ortum. [Gland.]

v. 47. Ναὶ μὰ] Plutarch. de Placit. Philos. Lib. I. Cap. III. leg. Οὐ μὰ. Jamblich in vit. Pyth. n. 150. legit :

Οὐ μὰ τὸν ἀμετέρας σοφίας εὐρόντα τετρακτὺν

Παγὰν ἀνάου φύσεως ῥίζωμά τ' ἔχουσαν.

Pro ψυχᾷ MS. Vaticanum perantiquum habet γενεᾷ. Sext. Empiric. Lib. IV. adv. Arithmet. s. 2. p. 332. ed. Fabric. Οὐ μὰ — ψυχᾷ — πηγῆν — ῥίζωμά τ' ἔχουσαν. Sic etiam adversus Logicos Lib. VII. s. 94. p. 389. nisi quod pro ψυχᾷ habet κεφαλᾷ. [Gland.] Formas doricās cave sollicites. In talibus enim etiam dialectus servanda est. [Schaefer.]

v. 49. ἐπευξάμενος] Glandorfio videtur legendum 'esse ἐπευξάμενον, ut referatur ad σε in v. 46. vel majore distinctione post τέλεισαι delecta sic explicari: *si preces necessarias ad deum miseris.*

v. 50. Γνώσειαι] Aldd. γνώση.

v. 51. ἦτε] Juntin. ἦτε bis sine iota subscripto.

v. 52. ἦ] Juntina iterum ἦ sine iota subscripto.

v. 53. Ὡς τε] Sic Ald. in fol. Froben. Ruff. Amerbach. ed. Lips. Camerar. Curterius, Marcil. Omeis. Μῆ τε Ald. ap. Lascarim, Juntin. Amerbach. ed. Argent. Arcer. Stephanianae, Sylburg. Dacier. Ὡς τε μήτε Needham.

v. 54. Γνώση] Sic omnes Edd. Marcilius tamen in Gellio VI, 2. invenit γνώσει, quanquam ed. Conradi habeat γνώση.

ἔχοντας] Gell. l. l. ἐλόντας.

v. 55. Τλήμονες] Sic omnes Aldd. Camerar. Stephanianae, Sylb. Τλήμονας autem Curter. Marcil. Omeis. Dacier. Needham. omnesque deinceps edd. usque ad Brunck. qui restituit Τλήμονες. [O.] Alii Τλήμονας — — — οὐτ' ἐσορῶσιν. Quod si praeferas, vix repugnem. [Schaefer.]

v. 56. συνίσασι] Ald. in fol. συνίσασιν.

v. 57. ὡς δὲ κύλινδροι] Sic Needh. ex marg. MSS. Gall. suffragantibus MSS. A. D. Oxon. οἱ δὲ κύλινδροι Stephanus, Sylb. Camer. Curter. Marcil. Aldinae et Salmasius. Forsitan neutra lectio vera est, sed scribendum: οἱ δὲ, κύλινδροι Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα. [Gland.]

v. 58. ἀπείρονα] Ald. in fol. et Froben. ἀπήρονα.

v. 60. κε] Ald. in fol. Froben. Ruff. τε. Aldina autem cum



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



*Annotationes in Symbola Pythagorica e collectione Zehneri.*

Οὐδέν ἐστι etc.] Videtur hic locus sumtus ex quodam Porphyrii scripto deperdito Symbolorum Pythagoricorum collectionem continente. [O.]

1. Ἐπὶ χοίνικος μὴ καθίζειν] Aliter explicat hoc Symbolum Jamblichus in Protrept. Cap. XXI. p. 349. ed. Kiessling. Εἰς φιλοσοφίαν σαυτὸν δοῦς ἐκείνου μᾶλλον προνοῦ τοῦ ἐν σοὶ θεοδοτέρον, ὃ ἐστὶ ψυχῆ, καὶ πολὺ πρότερον τοῦ ἐν ταύτῃ νοῦ, ὃν τροφή οὐ χοίνικι, ἀλλὰ θεωρία καὶ μαθήσει μετρεῖται. Erasmus Adag. Chil. I. Cent. I. p. 14. ed. Paris. exponit, non oportere per otium et inertiam cibum alienum sectari, apposite citans dictum Pauli Apostoli II. Thess. III, 10. εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω. Sic et Dacerius in Bibliothéque des anciens Philosophes Tom. I. p. 232. et Porphyrius Vit. Pythag. §. 42. Μηδ' ἐπὶ χοίνικος καθίξεσθαι· οἶόν, μὴ ἀργὸν ζῆν. ubi vid. Rittershus. p. 228. ed. Kiessling. Conf. Creuzer. V. Cl. *Symbolik und Mythologie der alten Volker* Tom. I. p. 127. [O.]

2. Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν] τοῦτ' ἐστὶ, μὴ πλεονεκτεῖν. Porphyrius Vit. Pyth. §. 42. ubi vid. Rittershus. p. 224. In genere admonet Pythagoras, quod magni facere debeamus justitiam, neque ab ea recedere. Conf. Dacer. l. l. p. 231. Stanlej. Hist. Philos. p. 795. ed. Lips. Hinc proverbium: *trutina justior*. [O.]

3. Μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν] Dacerius l. l. p. 237. explicat, *ne pro quovis vadimonium praesta, ne cautionnes pour personne*, citans Salomonis Proverb. VI, 1. Χιὲ, εἰάν ἐγγυήσῃ σὸν φίλον, παραδώσεις σὴν χεῖρα ἐχθρῶ. [O.]

4. Καρδίαν μὴ ἐσθίειν] Clemens Alexandr. Strom. V. φθόνος γὰρ ἔξω θεῖον χοροῦ ἴσταται, καὶ ζῆλος, καὶ λύπη· ἧ καὶ οἱ μύσται καρδίαν ἐσθίειν ἀπαγορεύουσι, μὴ χρῆναι ποτὲ διδάσκοντες ἰαθυμίαις καὶ ὀδύναις ἐπὶ τοῖς ἀβουλήτως συμβαίνουσι δάκνειν καὶ κατεσθίειν τὴν ψυχὴν. Ἄθλιος γοῦν ἐκείνος, ὃν φησὶ καὶ Ὀμηρος (Il. VI, 202. de Bellerophonte) πλανώμενον μόνον ὃν θυμὸν κατέδειν. Hierocles autem in Aur. Carm. p. 218. ed. Needham. τὸ καρδίαν μὴ ἐσθίειν προηγούμενως μὲν εἰς τὴν τοῦ θυμικοῦ κατάστασιν μὴ ἴεναι λέγει, κατ' ἐπακολούθησιν δὲ καὶ τὴν τούτου τοῦ μέρους ἀποχὴν εἰσηγεῖται. Aliter Jamblichus in Protrept, l. l. Τὸ δὲ, καρδίαν μὴ τρώγε, σημαίνει τὸ μὴ δεῖν τὴν ἔνωσιν τοῦ παντός καὶ τὴν σύμπνοιαν διασπᾶν, καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ, μὴ ἴσθι βάσκανος, ἀλλὰ φιλάνθρωπος (h. e. ut vertit Creuzerus V. Cl. in *Symbolik* p. 1. *Löse die Einheit des Ganzen und seinen Einklang nicht, sey*

*menschlich und philosophire gemeinsam*). Conf. Erasm. et Dacer. l. l. et qui multus est de hoc Symbolo Rittershus. ad Porphyr. p. 227. Kiessl. [O.]

5. *Κυάμων ἀπέχεσθαι*] Jamblichus l. l. τὸ δὲ, *κυάμων ἀπέχου, συμβουλεύει φυλάττεσθαι πᾶν ὅσον ἐστὶ φθαρτικὸν τῆς πρὸς θεοῦ ὁμιλίας καὶ θείας μαντικῆς*. cum quo consentit Cicero de Divin. Lib. I. Cap. XXV. *Jubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus adfectis, ut nihil sit, quod errorem alius perturbationemque adferat. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne fabis vescerentur, quod habet inflammationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quaerentis vera contrariam*. Diogenes Laert. Lib. VIII. §. 34. *Φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ κυάμων παραγγέλλειν αὐτὸν (Πυθαγόραν) ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων, ἥτοι ὅτι αἰδοίους εἰσὶν ὅμοιοι, ἢ ὅτι ἄδου πύλαις, (ἀγόνατον γὰρ μόνον) ἢ ὅτι φθείρει, ἢ ὅτι τῇ τοῦ ὄλου φύσει ὅμοιον, ἢ ὅτι ὀλιγαρχικόν*. ubi vid. Menagii notas pag. 367 seq. ed. Meibom. Conf. et Gell. Noct. Att. IV, 11. ibique intpp. Erasm. l. l. Rittershus. ad Porphyr. pag. 232 seq. et intpp. ad Geopon. II. C. 35, 6. Tom. I. p. 180 seq. ed. Niclas. [O.]

6. *Μὴ συνδιατρίβειν μέλασιν ἀνθρώποις*] Huc referentur versus Horatii Lib. I. Epist. IV, 81.

— — — — *Absentem qui rodit amicum,  
Qui non defendit alio culpante, solutos  
Qui captat risus hominum, famamque dicacis:  
Fingere qui non visa potest, commissa tacere  
Qui nequit, hic niger est, hunc tu, Romane, caveto. [Zehn.]*

Ducta fortassis metaphora a sepia pisce, qui atramento, quod in cauda gestat, sese occultit. Vide Erasm. Adag. Cent. I: init. Hinc simillimum hoc Symbolum illi, quod Dacerius, No. LX. p. 280. inter spuria edidit: *Sepiam ne edito*. Paulo aliter explicat Trypho Grammaticus citatus a Gyraldo in explicatione hujus Symboli, quod scil. a dolis et mendaciis sit abstinendum, quae in nigredinem desinunt. Vid. Stanlej. Hist. Philos. p. 795. In alia omnia abit Hieronymus Wolfius ad Isocrat. Paraenes. ad Demonic. pag. 204. ed. in fol. *μελανούρων* explicans *foedam voluptatem*, quae cum pulchra facie blandiatur, nigra et venenata cauda, ut scorpius, incautos vulnerat. [O.]

7. *τοῦτ' ἐστὶ λάλον*] Aliter Jamblichus: *Τὸ δὲ, χελιδόνα οἰκία μὴ δέχου, συμβουλεύει, ῥάθυμον καὶ μὴ διηνεκῶς φιλοπονοῦντα μηδὲ ἐπίμονον αἰρετιστήν καὶ γνώριμον εἰς τὰ δόγματα τὰ σὰ μὴ ἐπιδέχου* . . . . . *εἰκόνη δὲ ῥάθυμίας καὶ ἐγκοπῆς χρόνων χελιδόνι κίχρηται, ὅτι μέρος τι τοῦ ἐνιαυτοῦ αὐτῆς ἐπιφοιτᾷ ἡμῖν*





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Know Your Bible

Forgotten Books'  
Full Membership  
provides unlimited  
access to more than  
28,000 volumes of  
Christian literature for  
\$8.99/month

**HOLY  
BIBLE**

**Continue**

\*Fair use policy applies

„Et in flaminum Romanorum vestibus nullus erat nodus.“ [Kießl.] Cum hoc praecepto Pythagorae Dacerius pag. 165. apposite comparat monitum illud, quod angelus Mosi dederat ex rubo igneo Exod. III, 5. *Λῦσαι τὸ ὑπόδημά σου ἐκ τῶν ποδῶν σου· ὁ γὰρ τόπος, ἐν ᾧ οὐ ἔστηκας γῆ, ἅγια ἐστίν.* [O.]

14. *Τὰς λεωφόρους* etc.] Jamblichus: *τοῦτο τὸ σύμβολον τὴν μὲν δημώδη καὶ ἀνθρωπίνην ζωὴν ἀφιέναι παραγγέλλει, τὴν δὲ χωριστὴν καὶ θεϊαν μεταδιώκειν ἀξιοῖ.* D. Hieronymus exponit: *Ne vulgi sequaris errores.* Et Olympiodorus citatus a Wyttenbachio ad Platón. Phaedon. p. 155. *Οὐ τὴν λεωφόρον δεῖ εἶναι, τουτέστι τὴν τῶν πολλῶν.* Conf. Erasm. Adag. p. 17. Similimum D. Salvatoris dictum Matth. VII. v. 13. 14. et Mosis Exod. XXIII, 2. *Οὐκ ἔση μετὰ πλειόνων ἐπὶ κακία.* Conf. Rittershus. ad Porphyr. Vit. Pyth. §. 42. pag. 229. Kießl. Plane contrarium Pythagorae praeceptum affert Laertius: *Ἐπὸς λεωφόρου μὴ βαδίζειν.* Quod mihi suspectum est. [O.]

16. *Ἀνέμων πνεόντων* etc.] Jamblichus: *καὶ αὐτὸ τῆς θείας σοφίας ἐστὶ γνώρισμα· αἰνίττεται γὰρ, ὡς δεῖ τῶν θεϊῶν οὐσιῶν κατὰ δύναμιν τὴν ὁμοιότητα ἀγαπᾶν, καὶ ὅταν ἐνεργῶσι, τὸν σύμφωνον πρὸς τὰς ἐνεργείας αὐτῶν λόγον μετὰ μεγάλης σπουδῆς τιμᾶν τε καὶ σέβειν.* Sic et Brassicanus pag. 1223. Lil. Gyraldus autem et Dacer. No. 54. pag. 275. *Cum venti flant, i. e. cum turbarum civilium procellae existunt, tum fugiendum esse sapienti urbium strepitum et quaerenda loca deserta ac solitaria, ubi nil auditurus sit, nisi echo, vocis suae imaginem.* [O.]

17. *Ὁξίδα* etc.] Jamblichus: *Τοῦτο φρονήσει χρῆσθαι παρακελεύεται, καὶ μὴ θυμῷ. τὸ μὲν γὰρ ὄξυ τῆς ψυχῆς, ὅπερ θυμὸν καλοῦμεν, λόγον καὶ φρονήσεως ἐστέρηται. ζεῖ γὰρ ὁ θυμὸς, ὡς περ λίβης πυρὶ θαλπόμενος . . . . . καὶ τὸ πάθος οὖν τοῦτο λογισμῷ πιέζειν χρῆ.* Ὁξίς, quod aliis locis significat acetabulum, (conf. Suidas h. v. et Steph. Thes. Tom. II. p. 1358.) hoc loco est omne id, quod acutum est, aut acutus gladius. Nam ab aliis hoc Symbolum his verbis exprimitur: *Ὁξεῖαν μάχαιραν ἀποστρέφειν.* Conf. Diog. Laert. VIII, 17. et Gyrald. [Kießl.] Equidem crediderim, Jamblichum scribentem ὄξίδα cogitasse acetabulum imprimis ob verba, *ζεῖ γὰρ ὁ θυμὸς, ὡς περ λίβης.* Et sane elegantissima est comparatio animi iracundi cum vase aceti pleno. Dacerius No. 29. pag. 247. expl.: *Cave tibi a conviciis et dicteriis, σκώμμασι, quae mordent et laedunt animos aceti instar.* Sic et Horatius I. Serm. VII, 32 seq.

*At Graecus, postquam est Italo perfusus aceto, Persius exclamat.* [O.]

18. Ἄνδρὶ ἐπανατιθεμένῳ etc.] Jamblichus explicat: μὴ γίγνου μήτε σαυτῷ μήτε ἄλλῳ ἑσθυμίας καὶ μαλθακῆς διαίτης αἴτιος, πόνῳ γὰρ πᾶν χρῆμα ἀλώσιμον. Porphyrius Vit. Pyth. §. 42. παρῆνει μηδενὶ πρὸς ἑσθιώνην, ἀλλὰ πρὸς ἀρετὴν καὶ πόνους συμβάλλειν. ubi vid. Rittershus. pag. 230 seq. ed. Kiessl. Hieronymus adv. Rufin. *Oneratis superponendum opus, deponentibus non communicandum: h. e. ad virtutem incedentibus augenda praecepta, tradentes se otio relinquendos.* Conf. Plutarch. Sympos. Lib. VIII. Cap. VII. Contrarium plane habet Laertius VIII, 17. φορτίον συγκαθαιρεῖν καὶ μὴ συνεπιτιθέσθαι, nisi legendum sit συναποτιθέσθαι. Conf. Erasm. Adag. Chil. I. Cent. I. ibique H. Steph. p. 17. et Creuzer. V. Cl. in *Symbolik* etc. Tom. I. p. 128. Aliter citat et interpretatur hoc symbolum Olympiodorus in Comment. ad Platon. Phaedon. (in Andr. Mústoxydis *Συλλογῇ Ἀνεκδότων* novissime edita p. 8 et 9.) διότι Πυθαγόριον παράγγελμα μὴ ἀποτιθέσθαι, ἀλλὰ συνεπιτιθέσθαι τὰ βάρη, τούτοις οὐμπράττειν τῇ ζωῇ, οὐκ ἀντιπράττειν, vocem τὰ βάρη explicans τὰ βάρη εἶτα τοῦ, *opus proprium, non alienum.* [O.]

19. Εἰς μὲν ὑπόδησιν etc.] Brassicanus in Append. ad Erasm. Adag. p. 1223. vertit: *In calceum dextrum praemitte pedem, in podoniptrum autem sinistrum.* Jamblich. εἰς τὴν πρακτικὴν φρόνησιν παρακαλεῖ, τὰς μὲν σπουδαίας πράξεις ὡς δεξιὰς περιτίθεσθαι παραγγέλλον τὸ σύμβολον, τὰς δὲ φαύλας ὡς ἀριστερὰς ἀποτίθεσθαι πάνταπασι καὶ ἀπορρίπτεσθαι. Potius: *Ad labores obeundos ut celeres et expediti, ad voluptates corporis autem vel alia oblectamenta segniores simus ac remissiores.* Ceterum Meinersius in *Geschichte der Wissenschaften* Tom. I. pag. 497. Symbolum hoc Pythagorae abjudicat. [O.]

20. Περὶ Πυθαγορείων etc.] Jamblichus: τοῦτο (τὸ σύμβολον) παρακλητικόν ἐστὶν εἰς τὸν κατὰ φρόνησιν νοῦν· οὗτος γὰρ τῷ φωτὶ ἔοικε τῆς ψυχῆς, καὶ ἀόριστον οὔσαν αὐτὴν ὀρίζει, περιάγει τε ὡσπερ ἐκ σκοτοῦ εἰς φῶς. περὶ πάντων μὲν οὖν τῶν ἐν τῇ ζωῇ καλῶν ἡγεμόνα νοῦν προϊστασθαι προσήκει· μάλιστα μὲν οὖν περὶ τῶν Πυθαγορείων δογμάτων ταῦτα γὰρ ἄνευ φωτὸς οὐχ οἶόν τε ἐστὶ γινῶναι. Sic et Brassicanus p. 1226. Adag. Erasm. — Jam vero mihi praeceptum hoc accuratius perpendenti alia videtur loci sententia, haec scil.: *De mysteriis Pythagoricis nunquam sine lumine loquitor*, h. e. non palam et in aprico, sed solummodo in loco secreto, abdito et tenebricoso adeoque facibus vel candelis collustrato, (φῶς enim de quovis lumine, sed speciatim de igne vel lumine facis aut Lucernae. Hesych. φῶς — καὶ τὸ πῦρ.) qualibus in locis arcana sua concilia habuisse videntur veteres Pytha-



gorei, ut hodie arcanorum collegiorum sodales, quos *Franc. Maçons, Freymauser* vocant, quibus legibus suis vetitum est de rebus suis arcanis vel inter se ipsos colloqui; nisi in loco quo congregantur (*in der Loge*). [O.]

21. *Ἀποδημῶν τῆς οἰκίας μὴ ἐπιστρέφου*] Plutarchus *περὶ παιδ. ἀγωγ.* C. 17. *Μὴ ἐπιστρέφουσαι ἐπὶ τοὺς ὄρους ἐλθόντας, τουτέστι μέλλοντας ἀποθνήσκουσαι καὶ τὸν ὄρον τοῦ βίου πλησίον ὄντα ὀρώοντας φέρειν εὐκόλως, καὶ μὴ ἀθυμεῖν.* Diogenes Laertius VIII, 17. *Αἰὰ δὲ τοῦ εἰς ἀποδημίαν βαδίζοντα μὴ ἐπιστρέφουσαι παρήνει τοῖς ἀπαλλαττομένοις τοῦ βίου μὴ ἐπιθυμητικῶς ἔχειν τοῦ ζῆν, μηδὲ ὑπὸ τῶν ἐνταῦθα ἡδονῶν ἐπάγεσθαι.* Jamblichus explicat de continua meditatione mortis, i. e. separatione animi ab omnibus rebus corporeis et iis, quae sensibus percipiuntur. Vid. Plato in *Phaedon*. C. 32. Eodem tendit divini Soteris dictum Luc. IX. 62. *Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς ἄροτρον καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὐθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.* Plura vide ap. Rittershus. ad *Porphyr. Vit. Pythag.* p. 228 seq. ed. Kiessl. [O.]

*Ἐριννύες γὰρ μετέρχονται*] Jamblich. *μετάνοια γὰρ ἐκ τούτου πολλή σοι παρέψεται .... τὴν δὲ μετάνοιαν Ἐριννῦν μετωνόμασεν.* [O.]

22. *Πρὸς ἥλιον etc.*] Jamblichus explicat: *Μὴ ζωῶδες τι ποίει καὶ βοσκηματῶδες.* Harduinus ad *Plin. Hist. Nat. Lib. XXVIII. Cap. VI. (XIX. Hard.)*, qui hoc praeceptum Magis tribuit, interpretatur: Contra magnos et honestos viros nihil proterve, nihil irreverenter agendum. Sed rectius Erasmus in *Adag.* p. 18. et Dacerius putant, in genere verecundiam commendari hoc symbolo, quam in Pythagora summam fuisse testatur Laertius his verbis: *οὐδὲ πώποτε ἐγνώσθη οὔτε διαχωρῶν. Nemo eum unquam vidit vesicam aut alvum exonerantem.* Ceterum apposite tanquam fontem hujus Symboli Erasmus citat versus Hesiodi in *Ἔργ.* v. 725. et seqq.

*Μηδ' ἀντ' ἡελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν,  
 Ἀντὰρ ἐπὶν κε δύη, μεμνημένος, ἔς τ' ἀνιόντος.  
 Μήτ' ἐν ὄδῳ, μήτ' ἐκτὸς ὄδοῦ προβάδην οὐρήσῃς,  
 Μηδ' ἀπογυμνωθεῖς μακάρων τοι νύκτες ἔασιν  
 Ἐζόμενος δ' ὄγε θεῖος ἀἴηρ πείννόμενα εἰδώς,  
 ἼΙ ὄγε πρὸς τοῖχον πελάσας εὐερκέος αὐλῆς.*

Sic et Judaeis praeceptum fuerat: *לִּפְתָּח רַגְלֶיךָ לְבַרְכָּתְךָ* (LXX *παρασκευάσασθαι*) 1 Sam. XXIV, 4: *pedes tegere.* Vide Michael. Supplement. ad *Lexica Hebr.* p. 1743. [O.]

23. *Δαδίω θῶκον μὴ ἀπομάσσειν*] Diogenes Laert.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



*breviandam vitam curis et anxiiis cogitationibus*, quod praeceperat Pythagoras Symbolo *καρδίαν μὴ ἐσθίειν*. Dacerius No. 38. pag. 255. et seq. triplicem Symboli hujus explicationem proponit, ut sit vel 1. *Ne in tuum usum convertas, quae publica sunt adeoque omnium usibus patent*: vel 2. *Nil abjectum, servile vel indignum homine ingenuo neque cogites neque facias*, cum ligna scindere antiquitus habitum fuerit servorum officium: (Huc respicit dictum illud Josuae ad Gibeonitas Jos. IX; 25. *Καὶ νῦν ἐπικατάρᾳ-κοί ἐστε· οὐ μὴ ἐκλείπη ἐξ ὑμῶν δούλος, οὐδὲ ξυλοκόπος, οὐδὲ ὑδροφόρος, ἐμοὶ καὶ τῷ θεῷ μου.*) vel tandem 3., ut Jamblichus explicat: τὸ ἐν ὁδῷ μὴ σχίζε δηλοῖ, ὅτι ἐν μὲν τὸ ἀληθές, πολυσχιδές δὲ τὸ ψεῦδος. δῆλον δὲ ἐκ τοῦ τὸ μὲν τι ἕκαστον μοναχῶς λέγεσθαι, εἴπερ ὑγιῶς λέγοιτο, τὸ δὲ τι οὐχὶ ἕκαστον ἀπείροις τρόποις. ὁδὸς δὲ ἡ φιλοσοφία δοκεῖ εἶναι. λέγει οὖν, ὅτι αἰροῦ φιλοσοφίαν ἐκείνην καὶ τὴν ἐπὶ φιλοσοφίαν ὁδὸν, ἐν ἣ ὁὐ σχίσσεις, οὐδὲ ἀντιλεγόμενα δογματίσεις, ἀλλὰ ἐστῶτα καὶ τὰ αὐτὰ ἑαυτοῖς ἀποδείξει ἐπιστημονικῇ βεβαιωθέντα διὰ μαθημάτων καὶ θεωρίας, ὃ ἐστι, πυθαγορικῶς φιλοσόφει. Mihi sensus esse videtur: *Μὴ λεπτολογεῖν ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ*, h. e. in philosophiae studio non esse disquirendas res minutas ac subtiles, quae ad vitam emendandam nihil conferunt. Sic in Aristophanis Nubb. v. 129. Strepsiades ait:

*Πῶς ἂν γέρον ὦν κἀπιλήσμων καὶ βραδύς*

*Λόγων ἀκριβῶν σχινδαλαμοὺς μαθήσομαι; [O.]*

27. *Δακτύλιον μὴ φορεῖ*] Jamblichus: φιλοσόφει, φησὶν, ὡς ἀληθῶς, καὶ χωρίζει τοῦ περικειμένου δεσμοῦ τὴν ψυχὴν· μελέτη γὰρ θανάτου καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος ἡ φιλοσοφία. Meinersio suspectum est hoc Symbolum ob sequens, quod fere contrarium moneat. Sed si cum Plutarcho περὶ παιδ. ἀγωγ. Cap. XVII, 8. legamus *Μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον*, praeceptum Pythagora dignissimum exit, scil. ut ipse Plutarchus explicat: *ὅτι δεῖ τὸν βίον ἐλεύθερον ἐπιτηδεύειν, καὶ μὴ δεσμῷ προσάπτειν αὐτόν*. Sic et Hieronymus adv. Rufin. Sensus itaque erit: *Libertatem tuam vel principi vel uxori vel amasio ne mancipaveris*. [O.]

28. *Θεοῦ τύπον etc.*] Jamblichus: *Φιλοσόφει καὶ ἀσωμάτων πρὸ παντὸς ἡγοῦ θεοὺς ὑπάρχειν . . . . μὴ νόμιζε δὲ μορφαῖς αὐτοὺς κεχρηῆσθαι, ὅσαι εἰσὶ σωματικαί· μηδὲ προσδέχεσθαι ὑποστάσει ὑλικῇ, καὶ οἷον δεσμῷ ὑλικῷ σώματι, ὡσπερ τὰ ἄλλα ζῶα*. Melius Porphyrius, Vit. Pythag. §. 43. *Θεῶν τε εἰκόνας ἐν δακτυλίοις μὴ φορεῖν*. τουτέστι τὴν περὶ Θεῶν δόξαν καὶ λόγον μὴ πρόχειρον μηδὲ φανερόν, ἔχειν, μηδ' εἰς πολλοὺς φέρειν. ubi vide Rittershus. p. 231. seq. [O.]

29. *Παρά λύχνον etc.*] *ad lucernam faciem tuam in spe-*

*culo ne contemplator*, ut bene vertit Dacerus. Speculum enim antiquis incertitudinis et fallaciae symbolum: quod liquet vel ex loco Paulino 1 Cor. XIII, 12. *Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον*. Etiam facis seu lucernae lumen tanquam imago cognitionis obscurae adhuc ac imperfectae usurpata veteribus, ut docent nos Petri Apostoli verba II Epist. Cap. I, 19. *καὶ ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον· ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως ἡμέρα διαυγάσῃ καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν*. Sensus itaque hujus Symboli erit: Cave tibi ab imaginationis ludibriis, quae animum fallunt neque permittunt illi cognoscere vel adspicere ipsum verum, τὸ ὄντως ὄν, aut te ipsum cognoscere, qui sis. Similiter et Jamblichus explicat: *φιλοσόφει μὴ προστρέχων μὴ ταῖς κατ' αἰσθησιν φαντασίαις, αἵτινες φῶς μὲν τι περὶ τὰς καταλήψεις ποιοῦσι, λυχνοειδὲς μέντοι καὶ οὐχὶ φυσικὸν οὐδὲ ἀληθές* etc. Ceterum Meinersio nescio qua de causa suspectum est et hoc Symbolum. [O.]

30. *Περὶ θεῶν μηδὲν θαυμαστὸν ἀπίστει*] Hoc non Symbolum, sed praeceptum est. Sensus apertus. Hinc etiam divinationi per auguria magnam auctoritatem tribuisse Pythagoreos testatur Cicero de Divinat. I. Cap. III. ubi vid. Davis. p. 9. ed. Rath. Equidem vero prorsus assentior Meinersio suspectum habenti hoc Symbolum indignissimum sane viro sapiente. [O.]

31. *Ἀσχέτω γέλωτι*] Praeceptum, non Symbolum. [O.]

32. *Παρὰ θυσίαν μὴ ὀνυχίζου*] Apposite Dacerus cum hoc symbolo comparat versus Hesiodi *Ἔργ. v. 742 seq.*

*Μηδ' ἀπὸ πεντόζοιο θεῶν ἐνὶ δαιτὶ θαλείῃ*

*· Ἄνον ἀπὸ χλωροῦ τὰ μνεῖν αἰθῶνι σιδήρῳ.*

Praecipere videtur Pythagoras, rebus sacris occupatum penitus oblivisci debere quarumcunque sive actionum, sive cogitationum mundanarum indignarumque deorum majestate ac templorum sanctitate. Argutatur in hoc Symbolo Jamblichus: *Βουλόμενός νεοῦν (Πυθαγόρας) τοὺς συγγενεῖς ἐξ ἀποστήματος τοὺς περὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἡμελημένους διὰ τὴν ἀπόστασιν, τοῖς ὀνυξίν ἐχρήσατο, ὧν τεμνομένων ἄλγησις οὐδεμία περιγίγνεται, καὶ εἶπε· μὴ ἀποτίθεσο παντᾶσσι τούτους, εἰ καὶ τῷ ἄλλῳ χρόνῳ παρημελήθησαν, προοάγαγε αὐτοὺς σαυτῷ καὶ ἀνανέου τὴν οἰκειότητα (ἐν θυσίαις)*. [O.]

*κῆ. Δεξιὰν* etc.] Vide supra ad Symbol. 3. Jamblichus interpretatur: *Μὴ ἀνάσπα μὴδὲ ἀνιμᾶν ἐπιχείρει δεξιὰν ὀρέγων τοῖς ἀνεπιτηδεύοις καὶ ἀνοργιάστοις*. Erasmus in Adag. p. 14. apposite comparat illud Solonis Apophthegma, quod ex Apollodoro refert

Diogenes Laertius: φίλους μὴ ταχὺ κτῶ· οὐς δ' ἂν κτήσῃ, μὴ ἀποδοκίμαζε. [O.]

33. *Στρωμάτων ἐξανάστας συνέλισσε αὐτὰ etc.*] Apud Diogenem Laertium VIII, 17, hoc Symbolum ita legitur: *Τὰ στρώματα αἰεὶ συνδεδεμένα ἔχειν.* Jamblichus: *Τοῦτο παραγγέλλει, ὅτι φιλοσοφεῖν ἐπιβαλλόμενος νοητοῖς λοιπὸν καὶ ἀσωμάτοις προσοικείου σεαυτὸν, ἐκ τοῦ οὖν ἀμαθείας ὕπνου καὶ νυκτοειδοῦς σκοτούς ἐξανισταμένος μηδὲν συνιστῶ σεαυτῷ σωματικὸν εἰς τὸ τῆς φιλοσοφίας ἡμεροειδές, ἀλλὰ πάντα τὰ τοῦ ὕπνου ἐκείνου ἴχνη τῆς μνήμης τῆς σεαυτοῦ ἐκκᾶθαιρε καὶ ἐξαφάνιζε.* Plutarchus in Sympos. VIII, Cap. VIII. *Ἡ μὲν τῶν στρωμάτων συντάραξις ἐνίοις μὲν ἐδόκει μηδὲν ἔχειν ἀτοκεκρυμμένον, ἀλλ' αὐτόθεν φαίνεσθαι τὸ μὴ πρέπον ἀνδρὶ συγκεκριμένης γαμετῆς χώραν ὁρᾶσθαι καὶ τύπον, ὥσπερ ἐκμάγειον ἀπολειπόμενον. Ὁ δὲ Σύλλας μᾶλλον εἶναζε κοιμήσεως μεθήμερινῆς ἀποτροπὴν εἶναι τὸ σύμβολον, ἀναιρουμένης ἑωθεν εὐθύς τῆς πρὸς τὸν ὕπνον παρασκευῆς, ὡς νυκτός ἀναπαύεσθαι δεῖν.* Clemens Alexandrinus Stromat. Lib. V. p. 559. *Ἡ κοίτη ταρασσέσθαι παραινέεται, ὡς μήτε ὄνειρωγμοῦ τινος, μηδὲ μὴν ὕπνου μεθ' ἡμέραν, ἀλλὰ μηδὲ τῆς ἐν νυκτὶ ἡδονῆς ἐπιμεμνησθαι ἔτι. τάχα δὲ καὶ φαντασίαν τὴν ζοφεράν συγγεῖν τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ δεῖν ἠνίσσετο.* Erasmus in Adag. pag. 19. *suspicitur, commendari verecundiam etiam his in rebus, quibus cogimur naturae necessitati satisfacere.* Henr. Stephanus autem in Annotatt. ad Erasm. putat, aliud Pythagoram innuisse, nimirum, cum mane ignoremus, ubi vesperi moraturi simus et somnum capturi, (ut incertae et infinitis mutationibus obnoxiae res humanae) debere nos semper stragula nostra habere *συνδεδεμένα*, id est, in unum quasi fasciculum colligata, simulatque ex uno loco in alium migrandum erit. Stragula itaque putat Stephanus h. l. posita esse pro tota supellectile, ut perinde sic quasi praecepisset *αἰεὶ τὰ ἑαυτῶν συσκευάζεσθαι*, ut Xenophon loquitur, vel *vasa colligere*, tanquam se itineri accingentes. [O.]

35. *Ἐγκέφαλον μὴ ἔσθιε*] Jamblichus: *αἰνίττεται, ὡς οὐ δεῖ κακῶς βεβουλευμένα πράγματα καὶ δόγματα διασιλλᾶναι μηδὲ διαδάκνειν.* Conf. Brassican. ad Erasm. Adag., p. 1224. Dacernus contra putat, Symbolum hoc idem innuere, quod vetat Horatius II, Od. XI, 11.

— — — *quid aeternis minorem  
Consilium animum fatigas?*

*Zermartre, zerbrich dir den Kopf nicht mit weitaussehenden Plänen und Entwürfen.* [O.]

36. *Ἀποκάρματων etc.*] Jamblichus: *Τὸ σύμβολον λέγει*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Know Your Bible

Forgotten Books'  
Full Membership  
provides unlimited  
access to more than  
28,000 volumes of  
Christian literature for  
\$8.99/month

**HOLY  
BIBLE**

**Continue**

\*Fair use policy applies

aequat. Hinc Symbolum ita capiendum: *In majore honore tibi esto figura et mensura (decempeda), quam figura et triobolus.* Quae ad hanc universam sententiam redeunt: Mathematicorum vel omnino literarum studia colito vel nulla mercede invitatus. Atque profecto hoc Symbolum, si ita intelligitur, dignum est, quod eorum numero, quae Meinersius in libro *Geschichte der Wissenschaften* Tom. I. p. 495. vere Pythagorica esse censet, adjiciatur. [*Kiessling.*] In alia omnia abierunt Gyraldus et Dacerius, ille de S. Trinitate et ejus adoratione a Pythagora commendata somnians, hic legens *προτίμα τὸ σχῆμα καὶ βῆμα καὶ τριόβολον — βῆμα* interpretans de regibus aliisve magistratibus vel iudicibus honorandis, *τριόβολον* autem de tribus illis naturis beatioribus, quas in Carminis aurei initio hominibus colendas dixerat Pythagoras, *ἀθανάτους* scil. *θεούς, ἥρωας ἀγαυούς* et *καταχθονίους δαίμονας*. Qua ratione autem istae dici potuerint *τριόβολος*, fateor me non intelligere. Verum ex parte vidit Stanlejus in *Hist. Philos.* pag. 796. ed. Lips. [O.]

λζ. *Κυάμων ἀτέχου*] Vide quae supra observavimus ad Symb. 5. Sprengelius in *Historia Rei Herbariae* citatus a doctissimo Creuzero in lib. *Symbolik und Mythologie* Tom. I. p. 126. putat, fabarum genus, cujus cibo Pythagoras interdixit discipulis, esse *κυάμὸν Αἰγυπτίων*, fructum loti Aegyptiae, sive *Nelumbium speciosum* Linnaei. [O.]

40. *Μολόχην* etc.] Perizonius ad Aelian. *Var. Hist. Lib. IV. Cap. XVII.* putat malvam judicatam sanctissimam a Pythagora, quia simplicissimus et antiquissimus fuerit hominum cibus, teste Hesiodo *Ἔργ. v. 41.*

— — — — — οὐδ' ἴσασι, ὅσω πλέον ἤμισυ παντός  
\*Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τς καὶ ἀσφοδέλω μέγ' ὄνειαρ.

(quod confirmat etiam Plutarchus in *Conviv. Sapient.* p. 157. ed. Francof., ubi inter alia ait, Deli in templum ferri malvam et similes herbas, *τῆς πρώτης ὑπομνήματα τροφῆς καὶ δείγματα*): ad hoc itaque respicientem Pythagoram commendasse ideo malvam propagandam discipulis suis et ejus cibo illis interdixisse, ut monumentum antiquissimi victus sacrosanctum conservarent. Lil. Gyraldus autem et Dacerius putant, Pythagoram hoc Symbolo commendare voluisse mansuetudinem et placabilitatem. Nam cum *μολόχη* herba sit inter malvae species, cujus virtus est mollire et solvere, facilitatem et mollitudinem hac imagine innuisse philosophum. Quae Jamblichus et ex eo Brassicanus p. 1224. *Adag. Erasm.* ad hoc Symbolum afferunt, merae sunt argutiae et ineptiae. De varia scriptura *μολόχη* et *μαλάχη* disputat Valckenaer

ὁ πᾶνν ad Aristoph. Plut. v. 544. illud Doribus, hoc Atticis in usu fuisse docens. [O.]

42. *Στέφανον μὴ τίλλειν*] Ipse Porphyrius explicat: *τουτέστι τοὺς νόμους μὴ λυμαίνεσθαι· στέφανοι γὰρ πόλεων οὗτοι.* Sic et Hieronymus Apolog. adv. Rufinum: *coronam minime carpendam, i. e. leges urbium conservandas.* [O.]

43. *Σπονδὰς ποιῆσαι* etc.] Ipse Porphyrius interpretatur: *ἐντεῦθεν γὰρ ἠνίττετο τιμᾶν τοὺς θεοὺς καὶ ὑμνεῖν τῆ μουσικῇ· αὐτὴ γὰρ διὰ ὠτῶν χωρεῖ.* Jamblichus autem de Vit. Pyth. Cap. 18. *σπένδειν τοῖς θεοῖς κατὰ τὸ οὖς τοῦ κύλικος οἴωνοῦ ἕνεκα, καὶ ὅπως μὴ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πίνηται.* Conf. Creuzer V. Cl. in *Symbolik und Mythologie* Tom. I. pag. 128. [O.]

44. *Μήτηραν ζώου μὴ ἐσθίειν*] Causam hujus praecepti explicat Hierocles in Aur. Carm. pag. 216. Needh. *Τοῦτο δὲ οὐτωσὶ λεγόμενον ἐνός τινος ἀφίσθηον ἡμᾶς τῶν περὶ γῆν καὶ τούτου σμικροτάτου. Ἐὰν δὲ εἰς τὸ πολύνουν τῆς Πυθαγορικῆς βαθύτητός ἀπίδης, τὴν ὅλην τῆς γενέσεως ἀποχὴν δι' ἐνός τινος αἰσθητοῦ παραδείγματος διδαχθῆση, καὶ ὡς μὲν ἐν βρώμασι τοῦτο οὐ προσοισόμεθα, ὡς δὲ ἐν τοῖς τοῦ αὐγοειδοῦς καθάρσιαις τὸ ἀπὸ τούτου νοούμενον ἐπιτηδεύσομεν.* Conf. Gyrald. ad hoc Symbol. Opp. Tom. II. p. 455. [O.]

45. *Θνησιμαίων ἀπέχεσθαι*] Idem Hierocles p. 218. *κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τὸ θνησιμαίων ἀπέχεσθαι δεῖν θεωρήσομεν τὸ μὲν ὅλον τῆς θνητῆς φύσεως ἀπειργεῖν ἡμᾶς, ἥδη δὲ καὶ τῆς τῶν ἀθύτων καὶ ἀνιέρων σαρκῶν μεταλήψεως.* [O.]

46. *Τὸν ἄλα παρατίθεσθαι*] Hinc Parius ille Iamborum scriptor Archilochus id crimini dabat socero suo Lycambae, quod foedera pactaque sale et mensa sancita violasset. Origenes Lib. II. contra Celsum p. 76. ed. Augustan. *Καὶ ὄνειδίζων γε ὁ Πάριος Ἰαμβοποιὸς τὸν Λυκάμβην τὰς μετὰ ἄλας καὶ τράπεζαν συνθήκας ἀθετήσαντα φησὶ πρὸς αὐτόν· Ὁρκον δ' ἐνοσφίσθης μέγαν, ἄλας τε καὶ τράπεζαν.* [Rittershus.] Varie interpretantur hoc Symbolum. Laertius VIII, 35. *περὶ τῶν ἀλῶν, ὅτι δεῖ παρατίθεσθαι πρὸς ὑπόμνησιν τοῦ δικαίου. οἱ γὰρ ἄλας πᾶν σῶζουσιν, ὅ τι ἂν παραλάβωσι, καὶ γεγόνασιν ἐκ τῶν καθαρωτάτων, ὕδατος καὶ θαλάττης.* Alii, *amicitiam non esse dirimendam.* Nam sale et mensa amicitia sancitur. Hinc proverbium apud Graecos: *ἄλας καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν.* Zenob. Centur. I, 62. ubi vid. Schott. pag. 20. Demostheni etiam ac Chrysostomo *ἀλῶν κοινωγούντες sodales convictoresque* dicuntur, et etiamnum proverbium obtinet: *Ein Maas Salz mit einander essen.* Alii, quia sal mystice sapientiam prudentianque significat, putant, prudentiam hoc Sym-



bolo commendari a Pythagora. Alii tamen, cum frequens sit apud antiquos comparatio salis cum faceto et mordaci quodam lepore, (vide supra annot. ad Demophil. Simil. 19) interpretantur, *in convivis utendum esse jocis et facetiarum urbanitate*, quod vero prorsus abhorret a severitate scholae Pythagoricæ, et plane repugnat praecepto: Ὀδόντας μὴ καταγνύειν. [O.]

47. Ἄρτον μὴ καταγνύειν] Varias hujus Symboli explicationes affert Laertius VIII, 35. Ἄρτον μὴ καταγνύειν, ὅτι ἐπὶ ἓνα οἱ πάλαι τῶν φίλων ἐφοίτων, καθάπερ καὶ νῦν οἱ βάρβαροι μηδὲ διαιρεῖν, ὅς συνάγει αὐτούς. οἱ δὲ πρὸς τὴν ἐν ἄδου κρίσιν οἱ δὲ εἰς πόλεμον δειλίαν ποιεῖν. ubi vid. Menag. Conf., Jamblich. Vit. Pyth. Cap. XVIII. pag. 186. Kiessl. qui addit: οἱ δὲ, ὅτι οὐ δεῖ οἰωνὸν ποιῆσθαι τοιοῦτον ἀρχόμενον, καταγνύντα καὶ συντριβόντα. Dacerius autem No. 24. pag. 242. sic interpretatur: Ne frustulum tantum panis in parvas quadras divisi porrigas pauperibus et egenis, citans Horatii illud I. Epist. XVII. v. 49.

*Et mihi dividuo findetur munere quadra.*

ita ut Pythagoras hoc Symbolo discipulos suos, ab avaritia dehortans idem fere monuerit, quod Salomo praecepit Ecclesiast. Cap. XI. v. 1. Ἀπόστειλον τὸν ἄρτον σου ἐπὶ πρόσωπον τοῦ ὕδατος ὅτι ἐν πλήθει τῶν ἡμερῶν ἐρήσεις αὐτόν. Plura vide ap. Gyrald. P. 657 seq. [O.]

48. Ὀδόντας μὴ καταγνύειν] Bene Gyraldus: „Mou-  
„nuisse nos puto philosophum hoc Symbolo, ne in quenquam ob-  
„trectantes maledicentesque sinus. Nam et genuinum frangere  
„eodem fere modo dixerunt Latini scriptores, v. c. Persius Sat.  
„I, 115.

— — — — — secuit Lucilius urbem,

„Te, Lupe, te, Muti, et genuinum fregit in illis.

„et Horatius dentem Theoninum dixit, pro maledico I. Epist.  
„XVIII, 82.

„Dente Theonino cum circumroditur — — —

„Et omnino Pythagoram ab omni genere irrisionis et dicterio-  
„rum abstinuisse testatur post Laertium Suidas in Πυθαγ. —  
„ἀπειχέτο δὲ καταγέλωτος καὶ πάσης ἀρέσκιας, ὅϊον σκωμμάτων  
„καὶ διηγήματων φορτικῶν.“ [O.]

49. Πρὸς τὸν ἥλιον etc.] Bene exponit Gyraldus: „Non  
„esse in manifestis rebus et quae in aperto sint repugnandum.  
„Quid enim sole clarius?“ Paullo aliter Dacerius: Non esse animi  
„secreta aperienda in publico coram hominibus ἀμνήτοις. [O.]

50. Μὴ δεῖν καθεῦδεν ἐν μεσημβρία] Eo enim tem-  
pore lux clarissima et maxima solis vis est. Dixit itaque Pytha-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Tabularum, Leges vetuerunt Romanis: *Rogum ascia ne posito.* [O.]

57. *Τοῖς μὲν οὐρανίοις* etc.] Haec pertinent ad numerorum doctrinam Pythagoreorum, quibus numerus impar (in primis, ternarius), qui dividi non poterat, visus est perfectior et deorum coelestium majestati convenientior. [*Dacer.*] Plura vide ap. Gyrald. [O.]

58. *Μὴ σπένδειν θεοῖς* etc.] De hoc et sequenti Symbolo Plutarchus in Numa Cap. XIV. (p. 172. ed. Hutten.): *ταῦτα δύο σύμβολα τὴν γῆς ἐξημέρωσιν ἔοικε διδάσκειν, ὡς μύριον εὐσεβείας οὖσαν.* Gyraldus autem putat, docere philosophum, ut actiones nostras diis immortalibus purgatas offeramus. [O.]

59. *Προσκυεῖν περιστρεφόμενος*] Plutarchus l. I. ἡ δὲ περιστροφή τῶν προσκυνούντων λέγεται μὲν ἀπομίμησις εἶναι τῆς τοῦ κόσμου περιφορᾶς· δόξη δ' ἂν μᾶλλον ὁ προσκυνῶν, ἐπεὶ πρὸς ἕω τῶν ἰσρῶν βλέπόντων ἀπέστραπται πρὸς τὰς ἀνατολάς, μεταβάλλειν ἑαυτὸν ἐνταῦθα, καὶ περιστρέφειν ἐπὶ τὸν θεόν, κύκλον ποιῶν καὶ συνάπτων τὴν ἐπιτελείωσιν τῆς εὐχῆς δι' ἀμφοῖν. εἰ μὴ νῆ Δία τοῖς Αἰγυπτίοις τροχοῖς αἰνίττεται τι καὶ διδάσκει παραπλήσιον ἢ μεταβολὴ τοῦ σχήματος, ὡς οὐδενὸς ἐστῶτος τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ὅπως ἂν στρέφῃ καὶ ἀνελίττη τὸν βίον ἡμῶν ὁ θεός, ἀγαπᾶν καὶ δέχεσθαι προσῆκον. An Saliorum apud Romanos et hodiernorum quorundam monachorum apud Turcas (*les Dervis*) saltationes inque gyrum celerrimae rotationes tale quid sibi velint, alii viderint. [O.]

60. *Καθῆσθαι προσκυνήσοντα*] Plutarchus ibid. τὸ δὲ καθέζεσθαι προσκυνήσαντας οἰωνισμὸν εἶναι λέγουσι τοῦ βεβαιότητος ταῖς εὐχαῖς καὶ διαμονὴν τοῖς ἀγαθοῖς ἐπιγίνεσθαι. λέγουσι δὲ καὶ πράξεων διορισμὸν εἶναι τὴν ἀνάπαυσιν· ὡς οὖν τῇ προτέρᾳ πράξει πέρασ ἐπιτιθέντας καθέζεσθαι παρὰ τοῖς θεοῖς, ἵνα ἑτέρας πάλιν ἀρχὴν παρ' ἐκείνων λάβωμεν. δύναται δὲ καὶ τοῦτο τοῖς εἰρημένοις ὁμολογεῖν, ἐθίζοντος ἡμᾶς τοῦ νομοθέτου μὴ ποιεῖσθαι τὰς πρὸς τὸ θεῖον ἐντεύξεις ἐν ἀσχολίᾳ καὶ παρέργως, οἷον σπεύδοντας, ἀλλ' ὅταν χρόνον ἔχωμεν καὶ σχολὴν ἄγωμεν. *Dacerius*, ut edidi, habet *προσκυνήσοντας*: apud Plutarchum vero est *προσκυνήσαντας*. Utro modo legamus, *praeceptum Pythagora dignissimum exit, vel ante rem sacram faciendam, vel post illam peractam quietus esto et meditabundus ac sedatis affectibus.* [O.]

62. *Ὅταν βροντᾶ, γῆν θίγειν*] Monet philosophus, ut memores simus mortalitatis et nostrae originis. Etenim cum coeli porta tonat, ut ait poeta, signum est futurae tempestatis. Ergo instantibus signis, irae coelestis terram tange, et te mortalem

memineris. [Gyrald.] Vel etiam: *Irato rege vel principe et increpante offendens se ipsum submittat.* [Stanlej.]

63. "Εν, δύο] Reuchlinus Symbolum hoc ait de rerum principiis commodissimum. Quid enim citius occurrit res singulas intuentibus, quam *unum* et *duo*, cum causas et originem universorum scrutari voluerimus. Legimus praeterea, Zaretam, Pythagorae praeceptorem, *unum* et *duo* per nomina propagationis pronuntiare consuevisse, *unum*, id est Ένα, patrem appellando, et *duo* matrem, Plutarchi testimonio. Quin etiam prisci illi Ζήνα, id est Jovem, *unum* et "Ηραν vel Junonem *duo* vocabant, quod et Phurnutus (de Nat. Deor.) observavit. Symbolum igitur: *Unum, duo*, ad naturae principia pertinebit. [Gyrald.] De duobus principiis, *deo* et *materia*, dictum intelligit Dacerius. [O.]

64. Μη εσθίειν από δίφρου] Si v. από δίφρου *ex curru* interpretemur, sensus erit, cibum quiete capiendum: sin autem (quod magis placet Oleario ad Stanlej. pag. 798.) *e sella*, significabit, *negotii ubi instat tempus, non otio esse indulgendum.* [O.]

65. Φοίνικα μη φυτεύειν] Duplicem hujus Symboli, quod reliqui intactum reliquerunt, interpretationem affert Dacerius, aut: *Laborem inutilem ne suscipias*, quia scil. palma solummodo ubi sponte nascatur fructus ferat, nullos autem, ubi fuerit transplantata; aut etiam: *Cave tibi ab illis, quae primo quidem ad spectu jucunda videntur aut palato dulcia sunt, at vero corpori nocent, vel, cum illis usus fueris, damnum afferunt.* Nam palmae fructum, inprimis vinum ab eo expressum, capiti nocere testatur Xenophon Anab. II. Cap. III, 15. Καὶ ἦν παρὰ ποτὸν ἠδὲ μὲν (scil. χρῆμα), κεφαλαλγῆς δέ. ubi Schneider. V. Cl. citat Dioscorid. I, 148. et Plin. XXXIII, 4. [O.]

66. Φυτὸν ἡμερον etc.] Addit Laertius: ἄλλὰ μηδὲ ζῶον, ὃ μὴ βλάπτει ἀνθρώπου. Interpretantur nonnulli: *Innoxio ne noceras*; sed praecceptum est de arboribus frugiferis non laedendis. [O.]

67. Ἐχεμυθίαν ἀσκεῖν] De silentio, ἔχεμυθία, Pythagoreorum res nota. Vide inprimis A. Gell. Noct. Att. Lib. I. Cap. I. [O.]

68. Ἰχθύων μη γέυσθαι] Hoc ad silentium refertur a nonnullis, v. c. Eustathio ad Odys. M. pag. 1720. ed. Rom. Sunt alii qui dicant, propterea pisces vetari a Pythagora, quia in sacrificiis non adhibeantur. Plura vide ap. Gyrald. [Stanlej.]

69. Ἐπὶ γῆς μη πλεῖν] Clemens Alexandr., cui uni hoc Symbolum debemus, ita explicat Strom. V. p. 559. Ἐπὶ γῆς μη πλεῖν Πυθαγόρειον ἐστὶ σύμβολον. δηλοῖ δὲ τὰ τέλη καὶ τὰ ὅμοια

τῶν μισθωμάτων, ταραχώδη καὶ ἄστατα ὄντα, παραιτεῖσθαι δεῖν. διὰ τοῦτό τοι ὁ λόγος τοὺς τελῶνας λέγει δυσκόλως σωθήσεσθαι. [O.]

70. Τὸν δεξιὸν ὑποδεῖσθαι πρότερον] Vide supra Symb. 19. Εἰς μὲν ὑπόδησιν τὸν δεξιὸν πόδα προπάρεχε, εἰς δὲ πόδιονπτρον τὸν εὐώνυμον. et quae ibi observavimus. [O.]

71. Οὐδὲ εἰς περιῶραντήριον etc.] Pateor, me haec non intelligere. At si inverso ordine legamus: Οὐδὲ εἰς βαλανεῖον ἐμβάπτειν, οὐδὲ ἐν περιῶραντηρίῳ λούεσθαι, sententia exhibit viro sapiente digna: Quocunque scil. instrumento utendum esse ad usus ipsi convenientes, non autem ad alienos. [O.]

72. Μετὰ φωνῆς εὐχεσθαι] Clemens Alexandr. Strom. IV. p. 543. Τί τοίνυν οἱ Πυθαγόρειοι βουλόμενοι μετὰ φωνῆς εὐχεσθαι κτελεύουσιν; ἐμοὶ δοκεῖ, οὐχ ὅτι τὸ θεῖον ἔχοντο μὴ δύνασθαι τῶν ἡσυχῆ φθεγγομένων ἐπαίειν, ἀλλ' ὅτι δικαίας ἐβούλοντο εἶναι τὰς εὐχάς, ἃς οὐκ ἂν τις αἰδεσθεῖη ποιεῖσθαι πολλῶν συνειδόντων. [O.]

### In Symbola latine edita a Gyrardo.

1. *Sepiam ne edito*] Sensus esse videtur: Cum hominibus dolosis et dissimulatoribus nil tibi negotii esto; quia sepia capta emisso atro liquore mare infuscat, atque oculis hominum se subducit, prout est apud Plutarchum de solertia animal. pag. 978. A. ed. Wechel. [Stanlej.] Hoc itaque Symbolum unum idemque esset cum Symbolo 6. *Μὴ γεύεσθαι μελανούρων.* [O.]

4. *Mustela* etc.] Mustela enim auctore Plutarcho (de Is. et Osir.) ex ore parit adeoque sermonis ex ore procedentis est symbolum. [Stanlej.] Vid. Aelian. de Nat. Animal. Lib. II. Cap. LV. quam tamen fabulam refutat Aristoteles Hist. An. IX, 65. [O.]

5. *Arma a muliere* etc.] Forte hoc etiam sibi vult illud Symbolum, foeminarum contentionibus neminem se immiscere debere. [Stanlej.]

10. [*Offensa in vestibulis* etc.] Praeceptum hocce superstitiosum, Pythagora indignissimum videtur fluxisse ex Novorum Pythagoreorum schola. [O.]

14. *Lapidem in fontem jacere* etc.] Simile Hesiodi illud "Erg. v. 758.

*Μηδ' ἐπὶ κρηνάων οὐρεῖν.*  
et Proverb. Salomon. XXV, 26. "Ὡσπερ εἰ τις πηγὴν φράσσοι καὶ ὕδατος ἔξοδον λυμαινοίτο, οὕτως ἄκοσμον δίκαιον πεπτωκέναι ἐνώπιον ἀσεβοῦς. [Stanlej. et Dacer.]

17. *Sinistra* etc.] Sinistrae enim manui furta et rapinae maxime tribuuntur, ut in isto Catulli Epigrammate XII.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Know Your Bible

Forgotten Books'  
Full Membership  
provides unlimited  
access to more than  
28,000 volumes of  
Christian literature for  
\$8.99/month

**HOLY  
BIBLE**

**Continue**

\*Fair use policy applies

ad Maxim. Tyr. Dissert. VIII. (vulgo XXXVIII.) pag. 133. ed. Reisk. nostri loci haud immemorem et praecipue, qui de hoc aliisque corporis humani epithetis, v. c. ἀγγεῖον, ἀσπὸς, θύλακος, ἔλυτρον, σκεῦος, *vas*, *vasculum*, multus est, Fischer. in' Indice ad Aeschin. Socr. v. Σκῆνος. [O.]

σκήνεος δὲ ἰσχυρῆς] Sic restitui ex Stobaeo, monente jam Davisio ad Maxim. Tyr. l. l. Editi. et Cod. Palat. σώματος δὲ ἰσχυρῆς. Et potuit sane Democrates, vel quisquis fuerit collector harum sententiarum Democriti, explicationis causa ponere σώματος. [O.]

οὐδὲν τι] Sic Codex Palat. cum Stobaeo. Bene. Vide Schaefer. V. Cl. ad Gregor. Corinth. p. 864. et in Ind. v. τις et Melet. Crit. p. 12. In Editi. deest τι. [O.]

3. Ὁ τὰ ψυχῆς ἀγαθὰ ἐρεόμενος etc.] Insolens prorsus et, quod sciam, sine exemplo est verbi ἐρεῖσθαι (vel ion. ἐρέεσθαι. Vid. Maittaire de Dialect. pag. 157. ed. Sturz.) cum accusativo rei amatae constructio. Annon legendum, αἰρεόμενος τὰ θεϊότερα αἰρέεται? Cod. Palat. ἐρεώμενος. Male. [O.]

ὁ δὲ τὰ σκήνεος] Sic Cod. Palat. Editi. ὁ τὰ σκήνους. [O.]

τ' ἀνθρωπῆια] Formam hanc ionicam et Herodoteam (v. c. I, 5. 29. vid. Maittaire p. 134. Sturz.) debemus Codici Palat. Editi. τ' ἀνθρώπινα. [O.]

4. εἰ δὲ μὴ, μὴ ξυναδικέειν.] In Epiretico Exemplari Bibliothecae Barberinae legebatur εἰ δὲ μὴ, ξυναδικέειν. Sed loci sensus geminam negationem requirit, cum sententia 28. non solum injuria, sed et animo laedendi abstinendum moneat. Democritus apud Stobaeum Serm. III. et IV. ad vindicandam injuriam cohortatur, unde hic ξυνεκδικέειν potius scribendum foret, si Democratem nostrum eundem cum Democrito esse certo constaret. [Holsten.]

5. Ἀγαθὸν εἶναι χρῆ, ἢ μιμεῖσθαι] Stobaeus Serm. XXXVII. (περὶ χρησιμότητος) hanc sententiam Democrito attribuens sic effert: Ἀγαθὸν ἢ εἶναι χρῆ ἢ μιμεῖσθαι. Sed cui bono haec imitatio aut simulatio, cum bonum esse, non videri oporteat? Nam quod Epicurus dicebat de studio sapientiae. (in Epistola ad Menoec.), id virtuti etiam quadrat. Οὐ προσποιεῖσθαι δεῖ φιλοσοφεῖν, ἀλλ' ὄντως φιλοσοφεῖν· οὐ γὰρ προσδεόμεθα τοῦ δοκεῖν ὑγιάειν, ἀλλὰ τοῦ κατ' ἀλήθειαν ὑγιάειν. Rectius ergo mea quidem sententia sic scriberetur: οὐ μιμεῖσθαι (vel propius ad lectionem corruptam μὴ μιμεῖσθαι. O.), vel sane addendum aut saltem intelligendum μάλλον. [Idem.] Sed μάλλον h. l. vix subaudi potest ob sermonis ambiguitatem, et dubitare licet, annon

Democritus, quem nonnunquam praecepta prudentiae potius quam verae virtutis et honestatis dedisse infra ad Democrat. Sent. 10. observabimus, ipse scripserit ἢ μιμεῖσθαι. [O.]

6. ὁ ὄμασι] Delevi in his et sequentibus ν ἐφελκυστ., cum Ionica dialectus illud respuat. Grammaticus Augustan. de Dialect. Ion. in Gregorii Corinth. editione Lipsiensi p. 669. §. XXV. Ἐν τοῖς τρίτοις προσώποις ἡ νέα τῶν Ἰώνων διάλεκτος καὶ ἐν ταῖς δοτικαῖς πληθυντικαῖς τὸ ν ἐφελκυστικὸν οὐ (τίθηναι), εἰ μὴ χάριν μέτρον. In Foesii autem Hippocrate singulis fere paginis retentum est ν ἐφελκ. [O.]

ὁρθοσύνη] Bene vertit Holstenius *animo recto*, h. e. fallere vel simulare nescio, quo scil. lucratur hominum fiduciam, *Geradheit, la droiture*, ut vertit Levesque. Unum nostrum exemplum citat Schneiderus in Lexico. [O.]

καὶ πολυφροσύνη] Lectionem hanc praestantissimam debemus Codici Palat. Editt. καὶ δικαιοσύνη, quod vero idem fere esset cum ὁρθοσύνη. Sed πολυφροσύνη, *animi solertia, Betriebsamkeit, Erfindungsgeist*, unice verum et verborum sententiae accommodatissimum. Eodem sensu Homerus Odyss. Θ. 295.

— — — ἀμφὶ δὲ δεσμοὶ

Τεχνήεντες ἔχυντο πολύφρονος Ἡφαίστιο. [O.]

8. Μέγα etc.] Sententiam Democrito adscriptam habet etiam Stobaeus Serm. 106. ὅτι δεῖ γενναίως φέρειν τὰ προσπίπτοντα. [O.]

συμφορῆσι] Cod. Palat. ξυμφορῆσι. Inter Ionicos scriptores Herodotus quidem constanter habet συμφορῆ, v. c. I. C. 32. πᾶν ἐστὶ ἄνθρωπος συμφορῆ. Hippocrates autem amat ξυμφέρω, ξυμφορῆ. Vide Foes. in Oeconom. Hippocrat. Et dubium omnino est, utro modo Democritus scripserit. [O.]

9. αἰσχροῖσι] Cod. Palat. αἰσχροῖσιν. Male. Vide supra ad Sent. 6. [O.]

ἔργμασι] Ita Cod. Palat. Editt. πρήγμασι. Vide infra ad Sent. 29. [O.]

10. Ἀληθόμυθον etc.] Cod. Palat. ἀληθόμυθον, vitiose: et mox omittit εἶναι. Videtur autem Democrates, sive quisquis fuerit auctor hujus collectionis, cui displicebat Democriti sententia prolata a Stobaeo Tit. περὶ ψεύδους — Ἀληθόμυθῆεν χρεῶν, ὅπου λῶϊον, sic eam in melius mutasse: nisi illic sit corrupta lectio. [O.]

11. Ὁ ἀδικῶν etc.] Si Democriti est haec sententia, scripsit sine dubio: Ὁ ἀδικέων τοῦ ἀδικουμένου etc. [O.]



12. Μεγαλοψυχίη] Cod. Palat. ἡ μεγαλοψυχίη. male. Nam μεγαλοψυχίη praedicatum est, non subjectum. [O.]

πλημέλειαν] Idem Codex πλημέλειαν: sed alterum μ supra lineam insertum est. [O.]

13. Νόμῳ etc.] Democriti est sententia apud Stobaeum Serm. V. περὶ σωφροσύνης. [O.]

τῷ σοφωτέρῳ] Omisit articulum Stobaeus. Cod. Palat. τῷ σοφωτάτῳ. [O.]

14. Μωμεομένων φλαύρων etc.] Restitui genuina Democriti verba cum ex Stobaeo Serm. XXXVIII. περὶ φθόνου. tum e MSto Palat. ubi est Μωμεομένων φαύρων. Editt. Μεμφομένων φαύλων ὁ ἀγαθὸς οὐ ποιεῖται λόγον. Μωμάομαι, Ion. μωμέομαι, verbum Homericum. Apollonius Sophist. Lex. Hom. Μωμήσονται — οἷονεὶ καταπαίξονται· μῶμος γὰρ ὁ μετὰ ψόγου καταπαιγμός. (II. Γ. 412.)

Πᾶσαι μωμήσονται· ἔχω δ' ἄχε' ἄκριτα θυμῷ.

Conf. intpp. ad Hesych. Tom. II. p. 647. ed. Alberti. [O.]

15. Χαλεπὸν etc.] Et haec sententia Democritō attribuitur a Stob. Serm. XLIII. περὶ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι δυνατῶν. χειρόνος pro χείρονος, quod Editt. habent, restitui e Cod. Palat. [O.]

16. οὐκ ἄν ποτε εἶη δίκαιος] Holstenius: *haud quamquam erit justus*. Potius: *Nunquam fieri potest, ut justus sit, qui pecunias facile vincitur*. [O.]

17. Ἰσχυρότερος ἐς πειθῶν etc.] Cod. Palat. Ὁ ἰσχυρότερος εὐπειθεῖ. Male, cum ἰσχυρότερος praedicatum sit, conjungendum cum γίνεταί. [O.]

18. Τὸν οἰόμενον etc.] Hinc corrigendus Stobaeus Serm. X. περὶ ἀδικίας, ubi haec verba Democrito (al. Demonico) attributa corruptissime sic leguntur: Χρυσοῦ τὸν οἰόμενον νόον ἔχειν οὐ νοουθετῶν τί ματαιοπονέει. C. Gesnerus conjicit Χρυσοῦ θεοπότην etc. et delēt οὐ ante νοουθετῶν, quod haud plane rejiciendum videtur. Nam pauper, qui ob egestatem aliorum arbitrio obnoxius est, quamvis sit φίλανθος, vix tamen audebit refragari monitoribus. Sed potius conjecerim, extremum verbum proxime antecedentis sententiae χρυσοῦν ab inscio quodam librario ad hanc fuisse traductum. Bene Levesque vertit: *C'est perdre le temps que de vouloir éclairer l'orgueilleux qui s'étonne lui même de ses propres lumières*. Ceterum Ionismos ex Stobaeo restitui. [O.]

19. Πολλοὶ λόγον etc.] Duas sententias in unam contraxi secutus auctoritatem Codicis Palat., qui pro πολλοὶ δρωῦντες habet πολλοὶ δὲ δρωῦντες tanquam oppositum prioris lemmatis, cum quo conferenda ex parte verba Pauli Apostoli Rom. II, 14. [O.]



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



quae in editis desiderantur; tanquam novam sententiam inserit h. l. Codex Palat. Post τὰ, notante viro docto, qui illum in meos usus contulit, erasum quid. Legendum fortassis: Ἄνθρώποισι πάντοι σεβαστά ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ ἀληθές· ἡδὺ δὲ ἄλλω ἄλλο. *Apud omnes quidem homines in honore sunt bonum ac verum· gratum tamen alii aliud. Bei allen Menschen steht zwar das Gute und Wahre (Tugend und Wahrheit) in einer gewissen Achtung; im übrigen aber liebt der eine dies, der andre anderes.* [O.]

38. ἀνυβρίστως] Cod. Palat. ἀνύβριστα adverbialiter. Bene vertit Holstenius *citra nullius injuriam*, h. e. *ita ut nulli injuriam facias*. Nam significatione activa accipiendam esse h. v. docet v. Δίκαιος. Alias ἀνυβρίστως sensu passivo est *nulla injuria vel contumelia lacessitus*. Utriusque significationis exempla affert H. Stephanus in Thesauro. [O.]

39. συμφέρη] Palat. συμφέρη.

40. Κρέσσον etc.] Ionismos restitui e Cod. Palat. et Stobaeo Serm. XLII. περὶ νόμων καὶ ἐθῶν, ubi eadem Sententia legitur Democrito adscripta. Editt. *Κρεῖσσον ἄρχεσθαι τοῖς ἀνοήτοις.* [O.]

41. Νηπίοισι οὐ λόγος etc.] Egregie in eandem sententiam Manuel Palaeologus in praeceptis educationis regiae (quem libellum vere aureum alia occasione luci dabimus) Cap. 32. pag. 58. ed. Basil. Ἡδὺ τι τὸ μαθεῖν ἐστίν, οὐκ ἐκ τοῦ παθεῖν πταίσαντα, ἀλλ' ἐκ τοῦ διαπεφυγῆναι τὸ δυσχερέστερον, τῇ τῶν ἄλλων διαμαρτία γενόμενον ἐμπειρότερον. Οἱ πλείους δὲ, ὡς ἔοικεν, ὀλιγωροῦσι τοῦδε τοῦ πράγματος, καὶ τὰς οἰκείας συμφορὰς ἀναμένουσιν, ὥστε παρ' ἐκείνων μαθεῖν, μισθὸν παρέχοντες ταύτης τῆς μαθησῶς ζημίαν, πολλὰκις οὐδ' εὐανάκλητον. Μῦθος δὲ τις ἐστὶν αὐτοῖς, οὐ τοσοῦτον ἰατρὸν εἶναι, τὸν ἐπιστήμη τοῦτ' ὄντα, ὡς τὸν περιπεπτώκωτα ποικίλοις πάθουσι. Σὺ δ' ἂν μάθοις, εἰ βούλει, καὶ μὴ παθῶν, τὰς τῶν ἄλλων συμφορὰς οἰκειούμενος, καὶ τὰ τούτων αἷτια φυλαττόμενος, οὕτω παντᾶπασιν ἀκριβῶς, ὥσπερ ἂν εἰ σοο συνέβη περιπεπτακῆναι τοῖς χαλεποῖς. [O.]

ἀλλὰ συμφορῇ] Cod. Palat. ἀλλὰ συμφορῆ. Editt. ἀλλ' ἡ συμφορὰ. Vide supra ad Sent. 8. [O.]

42. ἄνευ συνέσιος] Sic pro συνέσειας, quod Editt. habent, dēdi e Democrito Stobaei Serm. IV. περὶ ἀφροσύνης, qui habet *ξυγέσιος*, et fortassis ita scripsit Democritus. Vide supra ad Sent. 8. [O.]

κτῆματα] Cod. Palat. χρήματα. [O.]

43. πορίζειν μὲν] Ita Cod. Palat. et Stobaeus, ubi eadem

Democriti sententia est, Serm. XCII. ὅτι τὰ χρήματα ἀβλαβῆ. Editt. μὲν πορίζειν. [O.]

ἐξ ἀδικίης δὲ πάντων κάκιον] Ita Cod. Palat. et Stobaeus, qui habet πάντως κάκιον. Editt. ἐξ ἀδικίας δὲ πάντων χαλεπώτατον, quod eodem fere sensu mox occurrit Sent. 44. Sed praefendum κάκιον, omnium perniciosissimum, schlimmer als alles. [O.]

46. Τὸ ἀεὶ μέλλον etc.] Ita Cod. Palat. Editt. Τὸ ἀεὶ μέλλειν. Sed illud praetuli, cum sit Participii pro Infinitivo Substantivi vicem gerente positi rarior usus et exquisitior. Ita Lucianus Nigrin. Cap. I. ἡ ἀμαθία μὲν θράσος, ὀκνηροὺς δὲ τὸ λελαγισμένον ἀπεργάζεται, ubi vid. Hēmsterhus. p. 228. ed. Bipont. Conf. Schaefer. V. Cl. ad Gregor. Corinth. p. 218. Ceterum Democriti est sententia apud Stobaeum Serm. XXIX. περὶ φιλοπορίας. [O.]

τὰς πρῆξιας] Cod. Palat. τὰς πράξιας. [O.]

47. Κίβδηλοι] MS. Palat. κίβδηλοι μὲν. Male. [O.]

ἀγαθοφανέες] Tanquam ἀπαξ λεγόμενον citat h. v. Schneiderus in Lexico. [O.]

48. Μακάριος etc.] Non habet hanc sententiam Codex Palat. [O.]

49. ἀμαθίη τοῦ κρέσσονος] MS. Palat. ἀμαθία τοῦ κρέσσονος. Editt. ἀμαθίη τοῦ κρείσσονος. [O.]

51. πολλὰ εὐσχημονεόμενος] Sic edidi e Cod. Palat, ut sensus sit: qui externum splendorem sectatur, der nur äusserlich zu glänzen sucht, Editt. habent πολλὰ καλλωπιζόμενος, quod Holstenius vertit nimiumque scitus. Vid. Gataker. ad Antonin. XII. §. 27. pag. 560. [O.]

52. Πλεονεξίη] Democriti est sententia apud Stobaeum Serm. XXXVI. περὶ ἀδολοχίας. [O.]

ἀκούειν ἐθέλειν] Cod. Palat. et Stobaeus ἐθέλειν ἀκούειν. Sed meo quidem iudicio ἐθέλειν aptius ponitur in fine sententiae; pertinet enim ad utrumque et λέγειν et ἀκούειν. Es zeigt grosse Selbstsucht an, über alles reden und nichts hören wollen. [O.]

53. μὴ καιροῦ λάβηται] καιροῦ scil. τοῦ vel εἰς τὸ κακουργεῖν. Et si Democriti est haec sententia, pro τὸν φαῦλον scribendum τὸν φλαῦρον, quod habuimus supra Sent. 14 et 28. [O.]

54. Ὁ φθονέων ἐωντόν] Sic correxi ex Stobaeo Serm. XXXVIII. περὶ φθόνου, ubi eadem legitur Democriti sententia. Editt. Ὁ φθονῶν ἐαυτόν. [O.]

55. οὐχ ὁ ἀδικῶν] Οὐ et οὐκ, sequente ἀλλὰ καὶ vel δε,

pro οὐ μόνον. Vide Davis. ad Cic. Tusc. V, 6. pag. 389. ed. Rath. nostrum quoque locum citantem, et quae observávimus supra ad Sent. 29. [O.]

ἀλλὰ καὶ ὁ βουλόμενος] Sic edidi e Cod. Palat. ubi est ἀλλ' ὁ βουλόμενος. Editt. ἀλλὰ καὶ ὁ βουλεύων. [O.]

56. τῆς τῶν etc.] Cod. Palat. τῆ τῶν. Deinde paulo post hanc sententiam cum sequent. conjungens uno tenore legit μάλα καὶ (in Editt. μῆ) ὑποπτος κ. τ. λ. [O.]

57. εὐλαβῆς γίνου] Male reddidit Holstenius *facilem te praebe*. Atqui εὐλαβῆς est *cautus, providus*, ab εὐλαβέομαι. *Zeige dich vorsichtig und furchtlos*. Hoc enim est ἀσφαλῆς. [O.]

58. Χάριτας δέχεσθαι etc.] Seneca de Benef. Lib. II. Cap. XXV. *Qui gratus futurus est, statim, dum accepit, de reddendo cogitat.* [O.]

κρέσσονας] Ita Cod. Palat. Editt. κρείσσονας. [O.]

59. προσκέπτεο] Ita Cod. Palat. Editt. προσκίπτου. [O.]

60. Μικραὶ χάριτες etc.] Plenius Antonius et Maximus Serm. περὶ εἰσργεσίας (pag. 278. ed. Conr. Gesner. Francofurt.): *Μικραὶ χάριτες ἐν καιρῷ μέγισταί εἰσι τοῖς λαμβάνουσι ταύτας ἐν περιστάσει*. Egregie in eandem sententiam Seneca Lib. III. de Benef. Cap. VIII. *Tempora quaedam (beneficia) magna fiunt, non summa. Beneficium est donata possessio, cujus fertilitas laxare possit annonam. beneficium est unus in fame panis. Beneficium est donare regiones, per quas multa flumina et navigabilia decurrant: beneficium est arenis siti et vix spiritum per siccas fauces ducentibus monstrare fontem.* [O.]

61. εὐφρονέουσι] Cod. Palat. εὐ φρονέουσι duabus vocibus. [O.]

οἱ ξυνίασι τιμώμενοι] Ita MS. Palat. Editt. εἰ ξυνίασι. Sensus esse videtur: *qui consci sunt, dignos se esse, quibus conferantur honores*. Eodem sensu γνωρίζειν infra: ἤν μὴ γνωρίζης τοὺς ἐπαίνους. [O.]

62. Χαριστικός] i. e. *homo cui voluptas est aliis benefacere et gratificari. Ein wahrer Menschenfreund, Wohlthater*. Plutarchus Sympos. Lib. II. Quaest. I, Cap. V. conjungit εὐδάπανον καὶ μεγαλοπρεπῆ καὶ χαριστικόν; illisque opponit τὸν κίμβικα καὶ κυμινοπρίστην. [O.]

63. Πολλοὶ etc.] εἶναι addidi post φίλοι et εἶσιν in fine sententiae mutavi in εἶσι e Cod. Palat. Vide supra ad Sent. 6. [O.]

64. Ἐνὸς φιλία] Scrib. Ἐνὸς φιλίη, ut supra σοφίη, αἰτίη, ἀμαθίη. [O.]



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Know Your Bible

Forgotten Books'  
Full Membership  
provides unlimited  
access to more than  
28,000 volumes of  
Christian literature for  
\$8.99/month

**HOLY  
BIBLE**

**Continue**

\*Fair use policy applies

eodem Cod. restitui ionicam formam ἀνανδρίη. Apud Stobaeum Serm. LXXII. Γαμικά παραγγέλματα haec Democriti sententia ita legitur: Ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι ἕβρις ἀνδρὶ ἐσχάτη. [O.]

79. τὸ αἰεὶ] Cod. Palat. τὸ αἰεὶ τὸ. [O.]

82. Βέλτερον] Cod. Palat. Βέλτιον. Sed rariorem formam praetuli. [O.]

83. Ἦν μὴ γνωρίζῃς τοὺς ἐπαίνους] i. e. Ἐὰν μὴ εὐ-  
ρησῇς ἐν σοὶ τὸ τοῦ ἐπαίνου ἄξιον. [Stroth.] Bene Levesque: *Si tu ne connois pas les qualités, qu'ils celebrent en toi, sois convaincu, que ce sont des flatteurs.* Ἦγίο dedi e Cod. Palat. Editt. Ἦγέου. [O.]

Post hanc sententiam in Codice Palatino sequens inseritur Epigramma, quod Palladae adscriptum exstat in Analectis Brunckii Tom. II, pag. 428.

Γῆς ἐπέβην γυμνός, γυμνός θ' ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι

Καὶ τί μάτην μοχθῶ; γυμνὸν ὄρω τὸ τέλος; [O.]

84. Ὁ κόσμος σκηνὴ] Egregie Plotinus Ennead. III. Lib. II. Cap. 15. Ceterum πάροδος vox e theatro et media scena petita; estque primus chori ingressus in scenam primusque ostentus, teste Polluce (Lib. IV. §. 33 et 108. O.) et Hephaestione. [Holsten.] Σκηνὴ tum scenam, tum etiam *tabernaculum* vel *quodvis temporarium domicilium* significat. Utraque significatio pulchre conveniret illa τῷ ἦλθες, ἶδες, ἀπῆλθες; haec τῷ πάροδος. Nisi autem utramque simul voci inesse existimes, prior utique praeferenda erit. [Stroth.] At unice vera h. l. scenae significatio. [O.]

ἦλθες, ἶδες, ἀπῆλθες] Cuius facile succurret illud Caesaris: *Veni, vidi, vici.* [Stroth.] Levesque: *on entre, on regarde, on sort, Man kommt, und schaut, und geht wieder,* Pro ἶδες Cod. Palat. habet εἶδες Male. [O.]

85. Ὁ κόσμος ἀλλοίωσις etc.] Exstat apud Marcum Antoninum Lib. IV. (§. 3. fin. ubi vide Gataker. et de v. ἀλλοιοῦσθαι, ἀλλοίωσις Opp. pag. 191.), cui et passim in ore suum illud; πᾶν ὑπόληψις. [Holsten.] Et omnino non Democriti videtur esse haec sententia, quam omittit Codex Palatinus. [O.]

86. Τίμιον ὀλιγῆ etc.] Si sana est lectio, sensus hic erit: *Sapientiae vel minima portio pluris est aestimanda quam stupiditas magna, quantum licet honorata sit.* (ob opes scil. et potentiam.) Sic enim interpretor v. δόξαν. At convenientior multo et philosopho dignior sententia exiret sic legendo: *Τίμιον ὀλιγορομένη σοφία ὑπὲρ δόξαν ἀφροσύνης μεγάλην Pluris aestimanda sapientia* (vel *sapiens*, abstractum pro concreto), *licet contempta*

*jaceat, quam stupiditas, quantum licet sit honorata.* Ceterum hanc sententiam, quae in editis desideratur, uni debemus Codici Palatino. [O.]

*Annotationes in Democriti Fragmenta. (1. Moralia.)*

1. Ἐκ μεγάλων διαστημάτων κινούμεναι] Verbe quae ex magnis intervallis moventur vel impelluntur. intervallis scil. loci. Nam multo gravius ferimur et impellimur illis, quae ex longinquo cum vi et impetu in nos irruunt, aut quae ex loco sublimi et altissimo in nos incidunt, quam iis, quae ex propinquo nos feriunt. Et ita, ni fallor, explicandus hic locus. [O.]

ἔυσταθείες εἰσί] Stephanus εἰσίν. Equidem, quod semel monuisse sufficiat, in ionicis Democriti Fragmentis, quoties occurrebat, delevi τὸ ν̄ ἐφελκυστικόν, non ferente id ionici sermonis idiomate: retinui autem in iis Fragmentis, quae Antonius et Maximus aliique collectores ex ionica dialecto in communem mutarunt. [O.]

ἀρκέσθαι] Ita vel etiam ἀρέσκεσθαι pro vulgato ἀρκέσθαι, quod locum habere non potest, legendum esse docuit Valckenarius ὁ πᾶν ad Herodot. Lib. VII. Cap. 160. Tom. VI. p. 407. ed. Schweigh. ubi de locutionibus ἀρκέσθαι τοῖς παροῦσι, (ut in Epistola ad Hebr. XIII, 5.) ἀρέσκεσθαι τοῖς παροῦσι, ἀγαπᾶν, στέργειν τὰ παρόντα, multus est. Conf. quae observavimus ad Memnon. Excerpt. Cap. II. p. 199. Schowius ed ἀρκέσασθαι. Sed praefero ἀρκέσθαι, cum praecesserit ἔχειν τὴν γνώμην. [O.]

ἐννοούμενον, ἃ πάσχουσι, κάρτα] Jacobs. V. Cl. in Animadvv. ad Euripid. et Stobaeum legendum censet ἃ πάσχουσι κακὰ, putans, ἐννοούμενον κάρτα, valde animo volentem, ut vertit Conr. Gesnerus, Graecum non esso: illique adstipulatur Wakefield. in Silv. Crit. Tom. IV. pag. 145. Sed defendit vulgatam Schowius, κάρτα (i. e. μεγάλως, ἐκτενῶς) conjungens cum πάσχουσι, quibus gravissimis malis afficiuntur. Apud Herodotum nil frequentius. Vid. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 466 seq. ed. Schaefer. [O.]

ὁ γὰρ θαυμάζων τοὺς ἔχοντας] ἔχοντας, i. e. divites, opulentos. Vid. Valckenar. ad Herodot. VI, 22. Bremi ad Epist. Socrat. I. nostrae editionis p. 136. et Wakefield. Silv. Crit. Tom. IV. pag. 145. [O.]

ἐπὶ τοῖς δὲ εὐθυμέσθαι] Sic lenissima mutatione et unius particulae transpositione locum sanavit Schowius. Τὰ μὲν scil. spectant ad ὑπερβάλλοντα—ἐπὶ τοῖς ad δυνατὰ sive παρόντα.



Antea legebatur ἐπὶ δὲ τοῖς εὐθυμέσθαι, quam lectionem sequens Jacobs. V. Cl. post τοῖς vocem excidisse putans legendum censet vel ἐπὶ δὲ τοῖς παρεοῦσι εὐθυμέσθαι, vel διόπερ τὰ μὲν διζέσθαι χρεῶν, εἰ ποθέεις εὐθυμέσθαι. [O.]

καὶ οὐκ ὀλίγας κῆρας ἐκ τῷ βίῳ διώσσαι] Sic edidit Schowius pro ἐν τῷ βίῳ ex emendatione Jacobsii. Sed fateor, me dubitare nonnihil de veritate hujus correctionis, cum τῷ βίῳ πρό τοῦ βίου Dorum genitivus sit, non Ionum, quorum dialecto usus est Democritus (nisi fortassis ita loquuti fuerint Abderitae). Herodotus certe constanter habet τοῦ βίου. Vide e. c. Lib. I. Cap. 30 et 32. Quae sint illae κῆρας, docet Valckenaer. in Hippolyt. p. 283. C. ubi laudat Hipparchi locum a Stobensi servatum pag. 547. 47. πολλάι κῆρες κατὰ πάντα τὸν βίον πεφύκναι. [O.]

2. Poeticum hocce Fragmentum non esse videtur Democriti Abderitae. Demetrii nomen praefixum habet in Dictis Poetarum e Stobaeo ab Hug. Grotio editis, qui illud elegantissimis versibus ita reddidit :

*Addicta pravis mens ad insidias patet,  
Intenta nempe quaestibus semper suis  
Et temere credit, et ruit caeco impetu.* [O.]

3. ἐπαινεῖν] Scribendum ἐπαινέειν. [O.]

4. Σοφία ἄθραμβος etc.] In eandem sententiam Horatius Lib. I. Epist. VI, 1.

*Nil admirari, prope res est una, Numici,  
Solaque, quae possit facere et servare beatum.* [O.]

ἀξίη πάντων] Vert. μακίμη facienda. Opp. ἀξίη μηδενός. Vid. Heindorf. ad Platon. Euthydem. C. 82. et Phaedon. C. 2. p. 271. [O.]

τέρψεις] Scribendum τέρψεις, ut conservetur ionicum idioma. [O.]

6. Τὴν γενομένην] Sic Schowius e correctione C. Gesneri. Antea τὸ γινόμενον. Maximus Serm. XXVI. περὶ φρονήσεως καὶ βουλήs habet γενομένηs. Male. [O.]

9. Εἶδωλα αἰσθητικὰ etc.] Compara cum hac sententia fabulam Aesopi XI. in Neveleti Myth. Aesop. p. 95. et Phaedri Lib. I. Fab. VII. de vulpe et persona tragica. [O.]

11. Ἀνοήμονες ἑυσμοῦνται etc.] Hanc sententiam restituit Jacobs. V. Cl. in Notis ad Antholog. Graec. Tom. XII. p. 116. legens: Ἀνοήμονες ἑυσμοῦνται τοῖς τῆs τύχης κέρδεσσι, οἱ δὲ τῶν τοιῶνδε δαημονέστεροι τοῖς τῆs σοφίης, probante doctissimo Schaefero in Melet. Crit. p. 118., hoc sensu: *stulti se accommo-*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



27. ἀδημοσύνην] Hoc verbum tanquam ἀπαξ λεγόμενον citat Schneiderus in Lex. Crit. Denotat scil. moerorem ex fastidio ortum, *Unbehaglichkeit*. [O.]

28. Συνοσία] concubitus cum foemina sobolis procreandae causa. Sic Arrian. Dissert. Epict. I. Cap. VI. §. 9. τὸ δ' ἄρ-  
 ῶς καὶ τὸ θῆλυ, καὶ προθυμία ἢ πρὸς τὴν συνοσίαν ἐκατέρου,  
 καὶ δύναμις ἢ χρηστικὴ τοῖς μορίοις τοῖς κατέσκευασμένοις, σὶ δὲ  
 ταῦτα ἐμφαίνει τὸν τεχνίτην. et II. Cap. VIII; 12. ὅταν συνοσία  
 χρῆ, τίς ὦν χρῆ; ubi vid. Hier. Wolf. pag. 406. ed. Schweighaeu-  
 ser. Eodem sensu et latini scriptores dicunt *concilium*, *coetus*.  
 Vide Observationes nostras ad Arnobium Tom. II. p. 24. [O.]

ἀποπληξίη] H. I. amphibolia quaedam inest huic voca-  
 bulo. Alludit scil. Democritus, ut videmus ex verbis ἐξέσσονται  
 γὰρ ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου, cum ad significationem ejus pro-  
 priam et primariam ab ἀποπλήττειν, *percutere* vel etiam *extun-*  
*dere*, quasi *exturbatio*, *das Abschlagen*, *Herausschlagen*, tum  
 etiam ad significationem morbi, apoplexiae, quae est vel totius  
 corporis vel illius partis cujusdam membrorum resolutio. Vid.  
 Foes. in Oeconom. Hippocrat. h. v. Ceterum hoc Democriti di-  
 ctum egregie illustrat Coelius Aurelianus Chronic. Pass. Lib. I.  
 Cap. XIV. *Concubitus sive Venus ab aliquibus parva epilepsia*  
*nuncupata est: siquidem similem facit membrorum motum, diverso*  
*contractu, anhelatione et sudore attestante, et oculorum conver-*  
*sione cum rubore vultus.* Conf. Plin. Hist. Nat. Lib. XXVIII.  
 Cap. 6. Gell. Noct. Att. Lib. XIX. Cap. 12. Macrob. Saturn.  
 Lib. II. Cap. 8. (ubi tamen Hippocrati hanc sententiam adscri-  
 bunt) et Fr. Lindenbrog. Centur. Var. Quaest. No. 99. in Fabri-  
 cii Bibl. Graec. Tom. XIII. pag. 599. Simile dictum Pythagorae  
 habuimus supra in Similit. Pythagor. Num. 115. [O.]

29. μικρὰς] Restitui ionismum, monente Koenio ad Gre-  
 gor. Corinth. de Dialect. p. 500. ed. Schaefer. Antea μικράς. [O.]

30. πόλεων] Ita Schowius e correctione C. Gesneri, sensu  
 flagitante. Antea πόνων. Conferendum cum hac sententia Regis  
 Salomonis Apophthegma Proverb. XVI, 32. Ὁ κρατῶν ὀργῆς κρείσ-  
 σων τοῦ καταλαμβανομένου πόλιν. [O.]

31. Δίκης κῦδος etc.] Constructio est: Δίκης κῦδος ἐστὶ  
 γνώμης θάρσος καὶ εὐθυμία, ἀδικίης δὲ δεῖμα ξυμφορᾶς τέρμα.  
*Gerechtigkeit ehren giebt Muth und frohen Sinn, und Unrecht*  
*fliehen ist der Erlösung Anfang.* In eandem sententiam Horatius  
 I, Epist. I, 60.

*Hic murus aëneus esto,*  
*Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa,*

δικῆς κῦδος itaque i. γ. κυδαίνειν τὸ δίκαιον, venerari, colere, quod justum est: nil amplius. καὶ εὐθυμίη pro καὶ ἀθυμίη est e correctione C. Gesneri. [O.]

32. τὸ μὴδ' ἐθέλειν] C. W. τὸ μὴ ἐθέλειν. [Schow.]

33. Πλοῦτος etc.] Vide infra ad Sentent. 93. [O.]

34. Χρημάτων ὄρεξις etc.] Egregie in eandem sententiam Juvenalis Sat. X, 135 seqq.

*Sed quo divitias haec per tormenta coactas,  
Quum furor haud dubius, quum sit manifesta phrenesis,  
Ut locuples moriaris, egentis vivere fato?  
Interea, pleno dum turget sacculus ore,  
Crescit amor numi, quantum ipsa pecunia crevit;  
Et minus hanc optat, qui non habet.* [O.]

38. Ὡν τὸ σακῆνος etc.] Hanc sententiam, in plerisque Stobaei editionibus Aristoxeno adscriptam, auctoritate meliorum Codicum auctori suo, Democrito, reddidit Schowius. Et Democriti esse vel ionica dialectus arguit. [O.]

39. τῇ Αἰσωπίῃ κυνὶ etc.] Vide Fabulam Aesopiam Κύων κρέας φέρουσα No. 209. ed. Coray. [O.]

41. κίνδυνος δὲ ἡ τοῦ καιροῦ διάγνωσις] Huc spectat fabula illa in Appendice Phaedri No. XXIV. inscripta: *Homines duo, fallax, verax, et Simii.* (Tom. II. p. 512. ed. Schwabii.) [O.]

42. οἶτον] Ita H. Stephanus ex emendatione Conr. Gesneri. Antea οἶτον. Jacobs. in Animadv. ad Euripid. et Stob. pag. 238. legendum conjecerat βίον vel βιοτόν, quam conjecturam tamen idem retractavit vir doctissimus in Praefat. ad Curas secundas p. XIV. apposite citans Fragmentum Cratetis VI. in Analect. Brunck. Tom. I. pag. 187.

Χρήματα δ' οὐκ ἐθέλω συνάγειν κλυτὰ, κανθάρου οἶτον  
Μύρμηκος τ' ἄφενος, χρήματα μαιόμενος.

et Callimach. Hymn. in Pallad. vs. 94.

— — — γοερῶν οἶτον ἀηδονίδων.

ubi vid. Spanhem. pag. 689. οἶτος igitur *fatum, sors.* Nil amplius. [O.]

43. ὥσπερ, οἱ ὀρχησταί etc.] Lucem his verbis affundit Xenophontis locus in Conviv. Cap. II. §. 11. Μετὰ δὲ τοῦτο κύκλος εἰσηνέχθη περίμστος ξιφῶν ὀρθῶν. Εἰς οὖν ταῦτα ἡ ὀρχηστρίς ἐκνβίστα τε, καὶ ἐξεκνβίστα ἵπὲρ αὐτῶν ὥστε οἱ μὲν θεώμενοι ἐφοβοῦντο, μὴ τι πάθῃ, ἡ δὲ θαρρόντως τε καὶ ἀσφαλῶς ταῦτα διεπράττετο. Conf. Willet. ad Galen. Adhort. ad Artes Cap. IX. pag. 103. [O.]

χαλεπὸν δ' οὐκ ἀτυχεῖν ἐνός] Sic edidi ex emendatione verissima Jacobsii V. Cl. Antea χαλεπὸν δὲ τυχεῖν ἐνός. Sed si difficile putavissent illi ὀρχησθαι vel unum assequi plantarum inter gladios vestigium, omnino nullo modo aggressuri fuissent ejusmodi saltationem periculosissimam. Et verum vidit jam C. Gesnerus. [O.]

τὸ γὰρ ἴχνιον etc.] intellige breve interstitium inter duos gladios. [O.]

44. γινώσκειν δ'] scil. τὸν καιρὸν. [O.]

45. Βίος etc.] Bene vertit Schneiderus V. Cl. in Lex. v. ἀνεόρταστος: *Ein Leben ohne Feiertage ist wie ein langer Weg ohne Wirthshaus.* Ceterum ἀνεόρταστος et ἀπανδόκεντος sunt ἀπαξ λεγόμενα. [O.]

51. Τὰ ἑαυτοῦ] Idem plane est quod Epictetus vocat τὰ ἐφ' ἡμῖν et τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. [O.]

54. Τελευτᾷ γὰρ etc.] γὰρ indicat, hanc sententiam respicere ad ea, quae in antecedentibus nunc deperditis dixerat Democritus. Et si in re incerta prorsus ac dubia hariolari liceat, v. παρεκτεινόμενος facit, ut suspicer, in antecedentibus contentam fuisse fabulam illam Aesopiam de rana rupta et bove, quam, licet in Graecis amplius non inveniatur, ex antiquioribus collectionibus petitam elegantissimis versibus exposuerunt Horatius II. Sat. III, 312. et Phaedrus Lib. I. Fab. XXIV. Quid quod et alias ad Aesopi Apologos respexisse Democritum observavimus supra ad Sentent. 39. [O.]

ὁ παρεκτεινόμενος etc.] Phaedrus I. 1.

*Inops potentem dum vult imitari, perit.* [O.]

56. Οἱ ἐκούσιοι πόνοι etc.] Wyttenbachius V. Cl. ad Julian. Orat. I. pag. 163. ed. Schaefer. apposite comparat locum simillimum Isocratis ad Demonic. p. 8. *Γύμναζε σεαυτὸν πόνοις ἐκούσιοις, ὅπως ἂν δύναιο καὶ τοὺς ἀκούσιους ὑπομένειν,* et alia veterum scriptorum loca affert in eandem sententiam. [O.]

58. Τῆς ἡσυχίης πάντες οἱ πόνοι ἡδίονες etc.] Fragmento huic corruptissimo, quod dedi ex editione Conradi Gesneri, emendando simul ac illustrando insignem navavit operam Cl. Jacobs. in Animadvv. ad Euripid. et Stobaeum p. 244sq. cujus annotationem integram exscribere liceat. „In Fragmento „hoc, ait vir doctissimus, admodum depravato hoc saltem extra „omnem dubitationem positum videtur, non ἀτυχίη, quod est e „conjectura Conr. Gesneri, nec ἐπιτυχίη, quod vulgo legitur, „sed ἡσυχίη legendum esse. *Labor, ait, otio suavior, in otio „enim omnia ingrata molestaque usunt.* Reliquorum correctio



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Know Your Bible

Forgotten Books'  
Full Membership  
provides unlimited  
access to more than  
28,000 volumes of  
Christian literature for  
\$8.99/month

**HOLY  
BIBLE**

**Continue**

\*Fair use policy applies

bei der Vertheilung der Preise durch die Richter keinen Lohn, sondern gelten für Thoren. [O.]

αἰτίαν ἔχουσι] Vid. Budaeum in Comment. L. Gr. p. 2. et 1459. Casaub. ad Athen. IX, 11. Ceteram αἰτίαν jam in margine editionis Gesnerianae invenitur. [Jacobs.] Antea αἰτεῖν ἔχουσι. [O.]

62. Ζσνιτσίη] Bonum et probatum vocabulum, quod frustra suspectum habui in Obs. ad Chionis Epist. XI. (Memnon. pag. 286.) ubi vid. Schaefer. V. Cl. et intpp. ad Thom. Magistr. pag. 63. ed. Bernard. [O.]

ὅταν αὐτοὶ βούλωνται πάσχειν εὔ] Sic edidi e Codice Palatino, ubi post sententias Democratis leguntur Γνωμῆς κατ' ἐκλογὴν ἕκ τε τοῦ Δημοκρίτου καὶ Ἐπικτήτου καὶ ἐτίρων σοφῶν. Sed Democriteae ex ionica dialecto in communem mutatae sunt. Ibidem pro ὅταν ... βούλωνται legitur ὅταν ... βούλονται. Male. Vid. Matthiae Gramm. Graec. pag. 742. [O.]

68. πρὸς εὐεστοῦν etc.] Sic edidi et versionem mutavi ex emendatione verissima Valckenaerii τοῦ πάνυ ad Herodot. Lib. I. Cap. 85. pag. 97. ed. Schweigh. pro insulsa lectione edd. πρὸς εὐ' ἐστ' οὖν. Εὐεστῶ vel εὐεστοῦν Democritea vox: sic enim vocabat ille placidum et tranquillum statum omnibusque cum curarum tum affectuum turbis vacuum, in quo ille finem bonorum posuit, teste Diogene Laertio IX. §. 45. ubi vid. Menag. pag. 412. Hesych. εὐεστῶ — εὐθηνία, ἀπὸ τοῦ εὐ εἶναι, εὐδαιμονία ἐπὶ τοῦ εὐ εἶσθαι τὸν οἶκον etc. ubi vide intpp. Conf. Suidas. Eodem modo dicebatur καεστοῦν. vid. Hesych. h. v. ἀειεστῶ, aeternitas, Antiphonti ap. Harpocration. ἐστῶ pro οὐσία Archytæ ap. Stob. Eclog. Phys. p. 81. Canter. ἀπεστῶ — ἀποδημία Callimacho ap. Suid. Vide infra Fragm. 123. [O.]

τοῦτο ἔρδειν] Aut excidit verbum, aut legendum ἔρδει. [O.]

69. ἐπιθυμίας] Sine dubio legendum εὐθυμίας, vel etiam εὐθηνίας, felicitatis. [O.]

70. κινάδων] Scholiastes Aristophanis ad Nubb. v. 447. κινάδος· εἶδος τι θηρίου· καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου. Τοῦτο δὲ καὶ φύσει κινάδος τ' ἀνθρώπινόν ἐστιν. Οἱ δὲ πάν μὲν θηρίον κινάδος ἀξιοῦσι καλεῖσθαι, ἰδίως δὲ τὴν ἀλώπεκα. Conf. Harpocration et Etymol. M. h. v. H. I. autem, ut bene observat Schneiderus V. Cl. in Lexico, Democritus innuere videtur vel serpentes, vel alia bestiarum noxiarum ac venenatarum genera, et diserte Hesychius: κινάδος — θηρίον, ὄφεις. ubi vid. intpp.

Tom. II. pag. 266. ed. Alberti, et Wagner. ad Alciphron. Lib. III. Epist. XXVIII. Tom. II. pag. 93. et seq. [O.]

71. *Κιξάλλην*] Hesychius: *Κιξάλλης* — φῶρ, κλέπτῃς, ἀλαζών: ubi doctissimus Alberti nostrum locum citans apposite comparat Diras Tejorum in Chishull. Antiquitt. Asiat. p. 99. "Ὁς ἂν *κιξαλλεύοι*, ἢ *κιξάλλας* ὑποδέχοιτο, ἢ *ληίζοιτο*, ἢ *ληίστας* ὑποδέχοιτο etc. Chishullus putat, fortassis sic dictos fuisse *fures nocturnos, grassatores, sicarios, θυρυπανοικτὰς*, ostiorum et domiciliorum effractores, quales *Canachenos* appellat Amobius adv. gentes in loco difficillimo Lib. VI. Cap. XXIII. ubi vide Annotationes nostras Tom. II. pag. 391 seq. De varia hujus vocis scriptura, *κισσάλης, κιττάλης, κιξάλης, κιξάλλης*, vid. Koen. ad Gregor. Corinth. pag. 435. ed. Schaefer. [O.]

72. *Ἄδικουμένοισι* etc.] Ita H. Stephanus. In editt. Stobaei est: *Ἄδικούμενοι ἀδικουμένοισι* etc. ubi Conr. Gesnerus probabiliter legendum conjicit: *Μὴ ἀδικούμενον ἀδικουμένοισι*. [O.]

73. *ἢ ποίνης ἄξιοι*] Sic emendavit Conr. Gesnerus. Antea *θοίνης*, vitiosissime. Jacobs. V. CI. suspicans, in corrupto vocabulo *θοίνης* certum aliquod poenarum genus latere; legendum censet *ἢ στήλης ἄξιοι*. *Στήλης* poenam J. Pollux VIII, 69. commemorat una cum *φυγῇ* et *δεσμῷ*. Hesychius v. *Στηλίτας* — *Οὕτως ἐκάλουν Ἀττικοὶ, οἵτινες ἐπ' αἰτίαν τινὰ ἐστηλογραφήθησαν*. Suidas v. *Στήλη* — *Στηλιτευτικὸς δὲ λόγος λέγεται ἐκ μεταφορᾶς τῆς στήλης, ἢ ἐστὶ λίθος ἢ χαλκὸς ἐπιμήκης, τετραγώνῳ σχήματι ἰδρῦμένος, ἐν ᾗ γέγραπται ἢ τοῦ στηλιτευομένου ὕβρις. et mox in *Στηλιτευθῆναι* — *φανερῶς δημοσιευθῆναι ἀπὸ τῶν στηλῶν τῶν δημοσίᾳ προσιθεμένων*. Pro *ἄξιοι* commodius legi posset *ἄξια*, scil. *ἔρδουσιν*. [O.]*

*καὶ μὴ ἀπολύειν*] Annon legendum *καὶ μὴ ἀπολυτέον*? Nam praecessit *καταψηφισματίον*. Ferendum tamen et vulgatum tanquam orationis anacoluthon. [O.]

*παρὰ νόμον*] Sic edidi e correctione CI. Jacobsii palmaria pro *παρὰ νοῦν*. [O.]

*ὀρίζων*] scil. *τὴν ἀπόλυσιν*, quod sensu repetendum ex antecedenti *ἀπολύη*. [O.]

74. *ὁ τιμὰς ἀξίας τάμνων*] *τιμὰς τέμνειν* vel ion. *τάμνειν* honores tribuere, *dispertiri*. [O.]

75. *ἢ οἱ πάντες ἄνθρωποι*] Scribendum *ἢ εἰ οἱ πάντες ἄνθρωποι*. [O.]

76. *καὶ γὰρ δίκαιον οὕτως* etc.] In eandem fere sententiam dixit divinus Soter Luc. XVII, 10. *Οὕτω καὶ ὑμεῖς, ὅταν*



ποιήσητε πάντα τὰ διδαχθέντα ὑμῖν, λέγετε· Ὅτι δούλοι ἄχρηστοί  
 ἐσμεν· ὅτι ὁ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιθήκαμεν. [O.]

77. Ὁὐδεμία μηχανή etc.] Edidi Fragmentum hoc cor-  
 ruptissimum, prout legitur in editionibus Stobaei a Conr. Gesnero  
 curatis, qui in margine observat: *Locus hic valde obscurus est.*  
 Post v. ἐαυτῶ τὸν αὐτὸν, pro quo alii Codicēs habent ἐαυτῶ τῶν  
 αὐτῶν, vidēbantur mihi verba quaedam excidisse et legendum su-  
 spicabar: Οὐδενὶ γὰρ ἄλλῳ [μᾶλλον] ἔοικεν ἢ ἐαυτῶ τὸν αὐτὸν [πα-  
 σὶν εἶναι καὶ μὴ] ἐφ' ἑτέροιαι γίνεσθαι (i. e. *aliis subiectum esse,*  
*pendere ab aliorum arbitrio.* Vide Lennep. ad Phalar. Epist. 103.  
 pag. 304. et annot. nostr. ad Epist. Socrat. I. pag. 139.). Sequen-  
 tia audaciori quidem conjectura sic refingenda censueram: Δεῖ  
 δέ πως οὕτω καὶ ταῦτα κοσμηθῆναι, ὅπως ὁ μηδὲν ἀδικέων, ἦν καὶ  
 πάνυ εὐτελής ἢ πρὸς τὰς ἀδικέοντας (pro ἐτάξῃ τοὺς ἀδικέοντας),  
 μὴ ὑπ' ἐκείνοις γενέσθαι, (Constructionis particulae ὅπως vel ion.  
 ὅπως cum Infinitivō licet rarissimae exemplis ab Hoogeveen. ad  
 Viger. p. 435. ed. Hermann. noviss. et Wesselingio ad Diódor.  
 Siculum Lib. XX. Cap. IV. Tom. IX. p. 429. ed. Argent. citatis  
 add. Xenophontis VI. Hellen. II, 32. ἀλλὰ τοῦτο ἐπαινῶ, ὅτι . . . .  
 εὖρετο, ὅπως μήτε διὰ τὸν πλοῦν ἀνεπιστήμονας εἶναι τῶν εἰς ναυ-  
 μαχίαν μήτε διὰ τὸ ταῦτα μελετᾶν βραδύτερόν τι ἀφικέσθαι.) ἀλλὰ  
 τινὰ ἢ θεσμόν ἢ τι ἄλλο ἀμύνειν τῶ τα δίκαια ποιεῦντι. Qua con-  
 jectura hic verborum sensus efficeretur: *Non fieri potest, ut nunc  
 res se habet, quin principes etiam valde boni nonnunquam iniqua  
 faciunt. Nullum quidem magis decebat, quam ipsum (principem  
 scilicet) omnibus eundem se praebere, nec unquam pendere ab alio-  
 rum arbitrio. Oportebat porro res ita institui, ut justus et insons,  
 quantum licet pauper sit et abjectae sortis ad illos, qui ipsum in-  
 juria affecerunt, nunquam istis fieret obnoxius, sed quaedam sive  
 lex scripta, sive aliud quid illum tueretur ab eorum injuria.* Sed  
 retracto jam hanc conjecturam meliora edoctus a patrueli meo  
 doctissimo, qui verum loci sensum, quem jam dudum ipse subo-  
 doratus fueram, sed ex verbis corruptis expedire non poteram,  
 esse scilicet h. l. sermonem de magistratu aliquo vel iudice, qui  
 post annum magistratus sui exactum iterum ὑπεύθυνος fit et in-  
 juriarum illorum, quos damnaverat, obnoxius, correctione lenissi-  
 ma sic restituit: Οὐδεμία μηχανή τῶ νῦν καθεστῶτι ῥυθμῶ (vel  
 potius ῥυθμῶ) μὴ οὐκ ἀδικεῖν τοὺς ἄρχοντας, ἦν καὶ πάνυ ἀγαθοὶ  
 ἔωσιν. Οὐδενὶ γὰρ ἄλλῳ ἔοικεν (proprio sensu et primario similis  
 est, scilicet ὁ νῦν καθεστηκὼς ῥυθμός.) ἢ ἐν ἐνιαυτῶ τὸν αὐτὸν. (pro  
 ἐαυτῶ vel etiam ἐνιαυτὸν παρ' ἐνιαυτὸν τὸν αὐτὸν) ἐφ' ἑτέροιαι γί-  
 γνεσθαι. Δεῖ δέ πως οὕτω καὶ ταῦτα κοσμηθῆναι, ὅπως ὁ μηδὲν ἀδι-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Socr. III. Cap. V. 27. Plene Suidas T. I. p. 704. Ἐκ τιτυνῶν (sic enim legendum pro Ἐκ τιτυνῶν. Port. Ἐκ τυτθῶν.) — ἐκ μικρῆς ἡλικίας. Neglexerunt haec qui Graecas Ellipses uno corpore complexi sunt. [Schaefer. l. l.]

ὅσα ψυχὴν ἔχει] Sic ex emendatione C. Gesneri verissima edidit jam H. Stephanus. Antea οὔσα ψυχὴν, nullo sensu. [O.]

τῶ δὲ δὴ ἀνθρώπῳ νόμιζον ἤδη πεποιήται] Jacobs. V. Cl. mavult τοῦτο δὲ τῇ ἀνθρωπίνῃ μείζον ἤδη πεποιήται. (ἀνθρωπίνῃ subintell. φύσει.) μείζον est ex correctione C. Gesneri. Priora autem verba cur mutanda sint, non video. [O.]

90. Τοῖς παισὶ etc.] Ante ἀνυστῶν Conr. Gesnerus asteriscum posuit tanquam signum corruptelae. Equidem, mutato tantum πολλῶν φειδότεροι in πολλῶ φειδότεροι, omnia sanissima iudico, hoc sensu: Oportet parentes, quantum fieri licet, (ἐκ τῶν ἀνυστῶν i. q. ὡς ἀνυστὸν) filiis distribuere pecunias, maximam tamen curam habentes, ne in manus accipiant, quod nocere possit. Reliqua bene vertit Gesnerus. Man muss den Kindern (Taschengeld oder andre Dinge) soviel, als es nur angeht, vertheilen, (nicht mehrern zugleich das nämliche gemeinsam schenken,) zugleich aber dafür sorgen, dass sie nichts Schädliches in die Hande bekommen; so (wenn jedes schon sein Eigenthum hat) werden sie zugleich weit sparsamer, (schonender mit den Dingen,) begieriger zum Erwerbe, und wetteifern mit einander. Was hingegen gemeinsam ausgegeben wird, thut nicht so weh, (und sie werden dadurch eher an Verschwendung gewöhnt, wenn es aus gemeinsamer Kasse geht,) als wenn jedes das eigne ausgiebt; und das gemeinsam erworbne freut (den einzelnen) nicht so, sondern weit weniger. [Casp. Orell.] Pro φειδότεροι C. Gesnerus mavult φειδωλύτεροι. Sed de rariore formatione φειδός, φειδότητος vid. Ruhnken. ad Callimach. Fragm. p. 580. ed. Ernesti. Ante οὐκ εὐθυμεί cum Gesnero inserendum καί. [O.]

91. τεῖχος τε] Forte τεῖχος τι. [O.]

92. Φαγέδαιναί] De φαγεδαίνῃ, i. e. ulcere tumido ac profundo subjectam carnem et vicinas partes erodente, vide Gorrhaei Definit. Med. Foes. in Oeconom. Hippocr. h. v. et imprimis Valckenaer ad Ammon. pag. 224 seqq. [O.]

καὶ τὸ συνεχές] Scribendum videtur καὶ τὸ μὴ συνεχές. [O.]

93. Σῆμα] Σῆμα de nota infamiae, quam h. l. significare voluit Democritus, alibi me legisse non memini. Annon legendum Στίγμα? Post v. ἐν τοῖς vox excidit, fortassis ἀνθρώποισι. Eandem sententiam Chiloni adscriptam breviorē exhibet Antonius

Melissa Serm.<sup>7</sup> περὶ πλούτου — Πλοῦτος ἀπὸ κακῆς ἐργασίας περι-  
 γινόμενος ἐπιφανέστερον τὸ ὄνειδος κέκτηται. Equidem suspicor,  
 Democritum sic scripsisse: Πλοῦτος ἀπὸ κακῆς ἐργασίας περιγε-  
 μένος στίγμα ἐστὶ, καὶ τούτῳ ἐν τοῖς ἀνθρώποισι ἐπιφανέστερον  
 τὸ ὄνειδος κέκτηται. [O.] Forte: Πλοῦτος ἀπὸ κακῆς ἐργασίας περι-  
 γινόμενος σηματούστερον ἐν τοῖς ἀνθρώποισι τὸ ὄνειδος κέκτηται.  
 [Casp. Orell.]

94. χορηγίῃ ξυνη] Fateor, me haec verba non intelligere.  
 Num sana lectio? [O.] Mihi videtur vulgata lectio sanissima et  
 sic explicanda: *Pecuniarum collectio et usus cum stultitia con-  
 junctus est quasi communis choregia.* Alludit scil. ad choregi munus  
 inolestissimum simul et sumptuosissimum. *Sammelt man mit Un-  
 verstand Reichthum, so ist dies eine gemeinsame Choregie, d. i.  
 so hast du nur zum Besten anderer, die dich zu ihrem Choregen  
 machen, dich bei diesem oder jenem Anlasse abzapsfen, gesam-  
 melt.* [Casp. Orell.]

96. Ἦν μὴ etc.] In uniam sententiam cōjuncti duo lem-  
 mata male divulsa in editionibus Stobaei. Verba σμικρὰ γὰρ ὄρε-  
 ξις etc. plane omisit H. Stephanus. Stanlejus vertens: *qui stulte  
 pecuniis utitur, is, ut omnium illae sint praeda, efficit,* sensum  
 magis quam verba expressit. Olearius: *publica vero stultitia publi-  
 ca est largitio.* [O.]

97. μυθεόντες] Graecis hoc inusitatum est, et legendum  
 omnino μυθοπλαστούοντες, ut habemus infra Sentent. 114. quod  
 vidit jam Valckenaer. ὁ πάνυ ad Euripid. Hippolyt. v. 1191. p. 184.  
 Pro φόβου corrigendum χρόνου ex eadem sententia. [O.]

98. πολλῆσι κῆρσι συμπεφυρμένην καὶ ἀμνησ-  
 νίησι] Κῆρες animi suo carcere clausi sunt corporeae pestes  
 quaeque dicitur concreta labe Virgilio Aen. VI, 737 et 746. Hiis  
 liberatus animus evadit ἀκήρατος. hinc eximie mens divina ἀκή-  
 ρατος dicitur et Timaeo Locro τὸ τῷ παντός σῶμα ἀκήρατον τῶν  
 ἐκτός κηρῶν (leg. καρῶν), et de hominibus Plato Lib. XI. de Legg.  
 Πολλῶν ὄντων καὶ καλῶν ἐν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ, τοῖς πλείστοις  
 αὐτῶν οἷον κῆρες ἐπιπεφύκασι, αἱ καταμιαίνουσι τε καὶ καταρῶ-  
 παίνουσι αὐτά. [Valckenaer. ad Euripid. Hippol. v. 1114. p. 283.]

καὶ μετρῆται ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίοις ἢ ταλαιπω-  
 ρίῃ] i. e. ut ne egestas, miseria ejus mensuram rerum ad vitam  
 necessariorum excedat. [O.]

100. ὥστε καὶ τῆς τύχης ἐπιβαλλούσης καὶ εἰς  
 τὸ δέον ὑφηγεομένης τῷ δοκεῖν κατατίθεσθαι] Verba  
 corruptissima, quae sic emendanda censeo: ὥστε, καὶ  
 τῆς τύχης ἐπιβαλλούσης καὶ εἰς τὸ πλεον σοι ὑφηγεομένης τοῦ δο-

κείν, κατατίθεσθαι, hoc sensu: *ita ut, licet fortuna ipsum honoribus oneret et ultra expectationem suam extollat* (scil. in negotiis suis vel rebus gerendis), *deponat tamen negotia sua sive munera* (τὰ πράγματα, quod subintelligendum ex praecedenti πολλὰ πράσσειν). [O.] Fortassis tolerari possit vulgata lectio hoc sensu: *ut, licet fortuna tibi imposuerit* (lego cum Stobaeo ἐπιβαλοῦσης pro ἐπιβαλλούσης) *onera* (honorum scil. munerumque) *teque ducat ad ea, quae opinione tua tanquam necessaria desideras, onus tamen deponas, neque plura suscipias, quam praestare possis: so dass, wenn das Glück dir (viele Würden, Guter u. s. f.) aufladet, und deinem Wahne zur Fuhrerin dient* (εἰς τὸ δέον) *zu dem, was du zu bedürfen glaubst, (wohin du wünschen magst,) du (die Burde) ablegen, und nicht mehr, als du vermagst, auf dich nehmen sollst, vel, si v. τῷ δοκεῖν conjungere velimus cum κατατίθεσθαι, i. e. συστέλλεσθαι, du dich in deinem Wahne (viel tragen zu können) massigen (gleichsam niederducken) sollst. Vel tandem possimus etiam legere τὸ δοκεῖν κατατίθεσθαι, opinionem deponere, deinen Wahn (dein Selbstvertrauen) ablegen. Sed magis placet explicatio, quam primo loco posui. [Casp. Orell.]*

102. Νόσος οἴκου καὶ βίου etc.] βίος h. l. *victus, res familiaris*, ut saepe. Conf. Perizon. ad Aelian. Var. Hist. XIV, 32. et annotationes nostras ad Theanus Epist. 2. Epist. Socrat. pag. 314. [O.]

104. Ἀλογιστίη etc.] Hoc fragmentum, quamvis in editionibus Stobaei Demetrii nomen praefixum habeat, ausus sum Democrito; attribuere ob ionicum idioma. Nam aliud Demetrii fragmentum ab eodem Stobaeo servatum Serm. VIII. περὶ δειλίας atticum est; non ionicum. [O.]

109. Οἷσιν ἡδονὴν ἔχουσι, etc.] De usu v: ἔχειν pro παρέχειν vid. Bast. Epist. Crit. pag. 27. ed. Lips. et Schaefer. V. Cl. ad Gregor. Corinth. pag. 4. et in Ind. pag. 985. Sic et Latini scriptores v. *habere* utuntur. Cicero de Legg. II. Cap. XXV. *habet enim luctum concursus hominum.* [O.]

111. εἰ δὲ ἀδήλου] Malim' εἰ γὰρ ἀδήλου. *saltem si incertum sit.* [O.]

114. Ἐνιοὶ θνητοῖς etc.] Vera haec et genuina Democriti verba, quae manca et corrupta supra exhibuimus No. 97. Pro ἔνιοι legendum οἱ μὲν ex emendatione summi Valckenaerii ad Euripid. Hippolyt. v. 191. p. 184. Ceterum in eandem sententiam Epicurus ap. Stobaeum Serm. CXVII. Ὁ θάνατος οὐδὲν πρός



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Know Your Bible

Forgotten Books'  
Full Membership  
provides unlimited  
access to more than  
28,000 volumes of  
Christian literature for  
\$8.99/month

**HOLY  
BIBLE**

**Continue**

\*Fair use policy applies

*abuti*; Koenius l. l. *uti adversus mala Graeca verba utrumque significare possunt. Equidem prius praefero. [O.]*

*εἰ τινι βουλομένῳ ἄν ἦ]* Haec est palmaria emendatio Koenii p. l., qui elegantem hanc locutionem ex Herodoto aliisque doctissime illustrat. Canterus corruptissime *εἰ τινα βουλομένῳ ἄλην*. Heerenius haec annotat: „Pro ἄλην Cod. V. A. ἄλην. ex quo patet, scriptorem ἄλην pro exemplo posuisse rei „per se bonae, qua tamen facile quis abuti potest. Rescribens, dum itaque duxi οἶόν τινα βαλλόμενον ἀλῆ, ut in jaciendo, seu telo emittendo, robore.“ At unice vera Koenii emendatio. Apud Demosthenem nil frequentius hac locutione, v. c. Philipp. IV. p. 86. ἃ εἰ βουλομένοις ὑμῖν ἀκούειν ἐστίν. Item Dionysius Halicarnass. saepissime usurpat. Conf. Dorville ad Chariton. Lib. V. Cap. II. pag. 467. cd. Beck. et Wernsdorf. ad Himer. Orat. XIV. §. 18. pag. 640. [O.]

[120. Ὁ μὲν εὐθυμός etc.] Codd. quidem nihil in margine, attamen Democriti haec esse et sensus et verba docent. Petita autem haec esse ex libro ejus *περὶ εὐθυμίας* vel *περὶ εὐδαιμονίας* modo citato, quem laudat Diog. Laert IX. VII, 13., vix dubitaveris. *Εὐθυμός*, quod pro *εὐμυθός* ap. Canter. restituit Dorville ad Chariton. pag. 27. (pag. 215. ed. Lips. O.), qui prima loci nostri verba recensuit, (praeunte jam summo Valckenaerio ad Ammonium p. 218. O.) confirmatur Codd. V. A. E. [Heeren.]

*καὶ ὕπαρ καὶ ὄναρ]* i. e. *semper, continuo, per totum vitae spatium*. Dictionem illustrat Valckenarius ὁ πάνυ ad Ammon. I. l. citans Maxim. Tyr. Serm. XXVI. pag. 154. (XIV. pag. 261. ed. Reisk.) ἀλλ' εἰ τῷ ὄντι ἡγῆ ταυτὶ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ σώματα αἰνιττεῖσθαι τινὰς δαιμονίους δυνάμεις, καὶ συνισταμένας τῶν ἀνθρώπων τοῖς εὐμοιροτάτοις καὶ ὕπαρ καὶ ὄναρ. Adeoque non opus habemus cum Heerenio rescribere καθ' ὕπαρ καὶ ὄναρ. [O.]

*ἔρῶσται καὶ πανακῆδης ἐστὶ]* Edidit Canterus *ἔρῶσται καὶ ἀνακῆδης ἐστίν*. Corripit Dorvillius l. c. *ἔρῶσται* (quod confirmant Codd. V. A. E.) et *ἀκῆδης*. Malui *πανακῆδης*, sine omni molestia; quod propius ad litterarum ductum accedit. [Heeren.]

*ἀλογεῖ καὶ τὰ χρέοντα μὴ ἔρδη]* Sic rescripsi pro *ἀλογῆ καὶ τὰ χρέοντα μὴ ἔρση*. (ex *χρέων, debitum*.) Lektionem *ἔρδη* confirmant Codd. V. A. E. [Idem.] Dubitare tamen licet, annon revocandum sit *ἔρση* pro *ἔρδη* tanquam Abderitarum idiomata, ut supra Fragm. II. *ἔνομούνται* pro *ἔνυμούνται*. [O.]

*ἀτερπέα εἶη]* Sic, ut dialecto simul et sensui consulere, edidi pro *ἀτερπεῖη*. [Heeren.]

ἔωϋτόν] Sic bene Codd. V. A. E. pro αὐτόν. [*Idem.*]

121. Οἱ θεοὶ] Recte separant haec Codd. V. A. E. a prioribus; quibus ap. Canter. male junguntur, ubi οἱ δὲ θεοὶ etc. sed δὲ omittitur in Codd. [*Idem.*]

122. Τύχη μεγάλωρος] Hic quoque Codd. nihil in margine, etsi sola dialectus satis jam Democriti ea adhuc esse probat. [*Idem.*]

διόπερ νικᾷ etc.] Edidit Canterus διόπερ νικᾷ τῷ ἥσσονι καὶ βεβαίω τὸ μείζον τῆς ἐλπίδος. Vult scriptor: *fortunam, etsi instabilis sit, eo tamen vincere ingenia hominum, quod magna promittat.* Rescripsi itaque διόπερ νικᾷ τῷ ἥσσονος καὶ ἀβεβαίω τὸ μείζον τῆς ἐλπίδος. Patet, corruptelam ex inscitia dialecti, quae emendatione nostra simul restituitur, originem traxisse. [*Idem.*]  
Vide snpr. ad Fragm. I. [O.]

123. Δημόκριτος καὶ Πλάτων etc.] Haec verba corruptissimè sic leguntur ap. Canterum: Δημόκριτος καὶ Πλάτων κείνως ἐν τῇ ψυχῇ τὴν εὐδαιμονίαν τίθενται· γέγραφε δ' ὁ μὲν οὕτως· Εὐδαιμονίη ψυχῆς καὶ κακοδαιμονίη οὐκ ἐν βοσκήμασιν οἰκεῖ, οὐδ' ἐν χρυσῷ, ψυχῇ οἰκητέρον δαίμονος. Pro κείνως recte Codd. V. A. E. κοινῶς. Petita sunt haec Democritea procul dubio ex opere ejus Κέρας Ἀμαλθείας seu Ὑπομνήματα ἠθικά secundum Diogenem IX, 7. inscripto, in quo de omnibus iis, quae ad felicitatem pertinent, praeclare disputaverat. Duo alia Fragmenta ex eo servavit Stobaeus Floril. Serm. CI. *de felicitate.* Divisum illud fuisse docet Fabricius Bibl. Graec. I. p. 804. in singulos libros, qui singuli suum quique titulum habebant, argumento respondencem, quo singularis quaedam dignitas summi boni describeretur, ut εὐθυμία, ἀταραξία, ἀθαμβία, ultimus autem εὐεστῶ. His praemissis, lectionis a me constitutae ratio reddenda erit. Suspecta jam merito sunt prima verba: εὐδαιμονίη ψυχῆς καὶ κακοδαιμονίη οὐκ ἐν βοσκήμασιν οἰκεῖ. Etsi enim rectè dicitur, εὐδαιμονίην οὐκ ἐν βοσκήμασιν οἰκεῖν, vix tamen apparet, quomodo philosophus addere potuerit, nec κακοδαιμονίην ibi habitare. Plane autem adversantur, quae sequuntur, cum δαίμονος singulari numero ponatur, quod ad εὐδαιμονίην tantum trahi potest. Accedit lectio Codd. V. A., qui utriusque habent: εὐδαιμονίη ψυχῆς καὶ κακοδαιμονίη εὐδαιμονίη οὐκ etc. Rectè vestigiis hisce insistens refinxisse mihi videor: γέγραφε — οὕτως ἐν τῷ περὶ εὐδαιμονίης καὶ κακοδαιμονίης· Εὐδαιμονίη οὐκ ἐν βοσκήμασιν οἰκεῖ etc. Democritus in libro de felicitate et infelicitate: Felicitas etc. ita nempe, ut unus ex ὑπομνημάτων libris sic inscriptus fuerit. Οἰκεῖ pro οἰκεῖ flagitat dialectus ionica. Mox ψυχῇ οἰκητήριον δαίμονος, anima



*habitaoulum numinis* (felicitatis nempe), recte habent Codd. V. A. E. [Heeren.] Mihi verba, καὶ κατοδαιμονίη minime videntur sollicitanda, hoc sensu; *Felicitas hominum vel infelicitas sita est neque in gregibus nec in auro* (scil. in possidendo illa vel non possidendo). *Von grossen Viehherden oder Geldschatzen* (dass man sie besitzt oder nicht besitzt) hängt weder das wahre Glück noch das Unglück des Menschen ab. [O.]

τὴν καὶ εὐθυμίαν etc.] τὴν καὶ sensu jubente edidi pro τὴν δέ. Ponebat Democritus summum bonum in animi tranquillitate, quae tantum sapientis est. Cicero de Fin. V, 8. *Democriti autem securitas, quae est animi tanquam tranquillitas, quam appellat εὐθυμίαν, ea ipsa est beata vita.* Variis autem nominibus eam hunc insignivisse, testis est Diogenes VI, 9. 12. *Τέλος δὲ εἶναι τὴν εὐθυμίαν, οὐ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῇ ἡδονῇ, ἀλλὰ καθ' ἣν γαληνῶς καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διαγεί, ὑπὸ μηδενὸς ταραττομένη φόβου, ἢ δεισιδαιμονίας, ἢ ἄλλου τινὸς πάθους. Καλεῖ δ' αὐτὴν καὶ εὐεστοῦ, καὶ ἄλλοις πολλοῖς ὀνόμασι,* quae Stobaeus enumerat. *Εὐεστοῦ est stabilitas, id est firmitas adeoque ἀταραξία animae.* Cetera per se clara sunt. Addit noster, felicitatem hanc secundum Democritum in *delectu voluptatum* positam fuisse; nempe ut veras voluptates a falsis discernamus. Patet inde, quomodo nonnulli, quod docet Diogenes l. c., opinari potuerint, Democritum omnino felicitatem posuisse in voluptate. Ceterum continent haec, quae ex eodem hoc opere servavit Stobaeus Floril. Serm. CI. (Vid. supr. Fragment. Democrit. No. 99. O.) *Εὐτυχίης ὁ ἐπὶ μετρίοισι χρήμασιν εὐθυμεόμενος· δυστυχίης δὲ ὁ ἐπὶ πολλοῖσι δυσθυμεόμενος,* et qui hunc mox excipit proluxior locus. [Heeren.]

124. *Τὰς μὲν γραμμάς* etc.] Sententiam habuimus supra p. 10. in Demophili Similitud. No. 52. ubi rectius legitur: *Τὰς μὲν γραφάς.* [O.]

126. *Οὕτως πειρῶ ζῆν* etc.] Similis Latina sententia: *Divitiis utare tanquam moriturus; tanquam victurus parcito divitiis.* Ceterum sententiam hanc Bianti attribuit Laertius I. §. 87. [O.]

127. *Δύο ἀφορμαί* etc.] Haec et sequens Sententia in nonnullis Codd. Democriti, in aliis Sexti nomen praefixum habent. [O.]

129. *Αὐταρκεῖ* etc.] *Αὐταρκεῖ* et *μακρὰ* est ex emendatione Contr. Gesneri. Antea *Αὐταρκείη... σμικρὰ*, nullo sensu. [O.]



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



lum ἀπαθῆς in deteriorem quandoque partem accipi monuit etiam Laertius VII, 117. ubi pro vulgato ἀτρέπτω ἀτέγκτω legendum, ut docuit Menagius. Valet autem h. l. ἀπάθεια idem fere ac ἀναίσθησία. [Schweighaeuser.]

168. Τοῖς μὲν νοσοῦσιν ἰατροῦς etc.] Eandem sententiam habuimus supra in Simil. Sócrat. No. 67. [O.]

169. τὸν ἡδίω] Sic optime C. Gesnerus pro τὸν ἴδιον [O.]

175. Ἐν μὲν τοῖς ἐσόπτροις] Demosthenis vel Democriti, Sententia. Sic in margine editionis C. Gesneri. [O.]

176. Οὗτος γὰρ etc.] Integrum dedimus hunc locum, qui mancus et imperfectus legitur in H. Stéphani Collectione Fragmentorum Democriti pag. 179. [O.]

177. Μηδὲν τῆς ἀληθείας τιμιώτερον] Haec et sequens Sententia apud Antonium quidem uni Epicteto adscribitur: sed quoniam in oia ante Ἐπικτήτου nomen proxime Δημοκρίτου scribitur, suspicari fas est, ductas esse e Collectione Sententiarum ex Democrito, Isocrate et Isaeo excerptarum: et verbum συγγέται, quod in priori habes pro συγγεῖται, auctorem prodit, qui ionica dialecto usus sit. Ceterum quisnam sensus insit posteriori parti ejusdem Fragmenti, obscurum. Pro μηδὲ Gesnerus in ora forte ἡ δὲ notaverat, et pro ἐκτός forte ἐντός, quod posterius recepit Uptonus. Gesnerus sic interpretatus erat: *Nihil veritate pretiosius haberi debet; ne amicitia quidem, utpote obnoxia affectibus, qui quod justum est turbant et obumbriant.* Uptonus: *Nihil veritate pretiosius esto, neque amicitiae delectus affectibus obnoxius.* Vide vero, ne duae diversae sententiae in unam confusae sint. (Schweighaeuser ad Epictet. Fragm. No. 139. pag. 208.) Equidem priorsus Schweighaeusero assentior hanc Sententiam in duas dispescenti. Sed in altera verba Μηδὲ et ἐκτός sanissima habeo, modo post διακειμένη subintelligatur ἐστὶ. *Neque amicitiae delectus affectibus vacuus, i. e. exemptus est imperio affectuum.* [O.]

178. Ἀθάνατον χρῆμα etc.] Nec hoc Fragmentum integrum satis emendatumque. Ad illa certe verba, ἀλλὰ τὰ δίκαια καὶ τὰ νόμιμα, utique deesse aliquid videtur, quod in latina versione utcumque suppletum est. [Schweighaeuser. p. l.]

180. Λόγος ἔργου σκιή] Hanc Sententiam cum duabus sequentibus exscripsi ex M. Neandri Opere aureo pag. 362. ed. Lips. [O.]

*In Fragmenta Physica.*

1. νόμῳ γλυκὺ καὶ νόμῳ πικρὸν etc.] *Νόμῳ*, i. e. per legem quandam ac necessitatem naturae ex atomis et vacuo procreatae. Inde Democritus τὰ ποιητὰ proprio et peculiari systematis sui termino vocabat νόμιμα; quibus φύσιν opponebat, i. e. universi principia, atomos ac vacuum, quae sola ionica voce ἐτεῖη, id est κατ' ἀλήθειαν, esse putabat. Conf. doctissime de hoc Democriti placito disputantem Gilb. Gaulmin. ad Theodor. Prodrom. de Amorib. Rhodant. et Dositel. pag. 557. et seq. [O.]

4. ἐτεῖη δὲ τὰ ἄτομα καὶ κενόν] Afferit illa Democriti Diogenes in Pyrrhone, ubi perperam scriptum est αἰτίη pro ἐτεῖη, sicut et apud Sextum idem testimonium afferentem supra. (Fragm. 1.) Esse autem reponendum ἐτεῖη, non solum conjici potest ex his verbis Sexti, ἀληθὲς δὲ ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν τὸ ἄτόμους εἶναι καὶ κενόν, sed probari etiam ex alio ejus loco, ubi scribit: προδηλοτάτη δὲ γίνεται ἡ διάκρισις, ὅταν ὁ Δημόκριτος λέγῃ Ἐτεῖη δὲ ἄτομα καὶ κενόν· ἐτεῖη μὲν γὰρ λέγει ἀντὶ τῆ ἀλήθειας, κατ' ἀλήθειαν δὲ ὑφ' ἑστάναι λέγων τὰς τε ἄτόμους καὶ τὸ κενόν. Videturque reponendum ἐτεῖη etiam in altero loco, ubi legitur αἰτίη δὲ οὐδὲν ἰδμεν. Quae vero subjunguntur verba, ἐν βυθῷ γὰρ ἡ ἀληθειῖη, a multis scriptoribus commemorantur. Ut Graecos omittam, meminit eorum Cicero Acad. Quaest. Lib. I. editionis secundae (Cap. XIII. O.), ubi scribit, Democritum dixisse, in profundo veritatem esse demersam. Idem in altera Academicorum editione scribit (Lucull. Cap. X. ubi vid. Davis. O.): *Naturam accusa, quae in profundo veritatem (ut ait Democritus) penitus abstruserit.* Legimus et apud Lactantium Firmianum Libro de falsa sapientia tertio (Inst. Lib. III. Cap. XXVIII.): *Democritus, quasi in puteo quodam sic alto, ut fundus sit nullus, veritatem jacere demersam.* [H. Steph.] Conf. Gaulmin. l. I. [O.]

5. Δημόκριτος φησὶ πον περὶ αὐτοῦ etc.] Idem fragmentum servavit etiam Eusebius Praeparat. Evangel. Lib. X. Cap. IV. pag. 472. ed. Viger. Colon. ubi pro Ἀρπεδονάπται legimus Ἀρσεπεδονάπται. [O.]

Ἀρπεδονάπται] Optime h. v. illustrat Sturzius V. Cl. in libello doctissimo de Dialecto Macedonica et Alexandrina pag. 98 seq. novae edit., cujus verba integra hic exscribere liceat. „Ἀρπεδονάπται (scribit vir doctissimus) dicebantur quidam Aegyptiorum sacerdotes ac sapientes, ut recte colligi videtur e „verbis Democriti ap. Clement. Alex. Strom. I. p. 307. add. Euseb. Praeparat. Evangel. X, 4. p. 472. cui reddendum est hoc „nomen pro vitioso Ἀρσεπεδονάπται. Jablonskius quidem in Pro-

„legom. ad Pantheum Aegypt. p. XCIV. in Opusc. Tom. I. p. 38.  
 „illud ex Aegyptiorum lingua deducit, et per νοήμονας sive νοη-  
 „μονικούς explicat, ita ut intelligendi sint, qui alias vocantur ιε-  
 „ρογραμματεῖς. Sed cum Herodotus III, 47. interprete Polluce  
 „VII, 31. ἀρπεδόνας vocaverit τὰ νήματα i. e. *fla*, ἄπτειν autem  
 „etiam *conserere, connectere* significet, ut apud Aristot. de Par-  
 „tib. Animal. II, 9. ἀπτόμενον καὶ προσδεμένον: nondum omnino  
 „me poenitet interpretationis olim (in editione priori) proposi-  
 „tae, qua ἀρπεδονάπτας appellatos putavi ob redimitum caput,  
 „quemadmodum *flamines* apud Romanos, Varrone de Ling. Lat.  
 „IV, 15. auctore, nomen habuerunt a filo, quo per aestum ca-  
 „pita religabant, quasi *filamines*. Conf. quae infra pag. 111. in  
 „v. πτεροφόροι attuli e Diodoro Siculo I, 87.“ Haec Sturzius. [O.]

Apophthegm. 8. ἐξήγαγεν ἑαυτὸν etc.] Immo panibus  
 calidis naribus adnotis vitam servasse Democritum, ut soror in  
 festo Cereris vota exsolvere posset, tradit Laertius Lib. IX.  
 §. 43. [O.]

Apophth. 9. τῶ τῆς τελευτῆς νόμῳ] Lego *τελευτῆς* et in-  
 telligo ritus ac ceremonias illas, quibus defunctam resuscitaturum  
 se Democritus promiserat. De v. δυσωπεῖσθαι vide annot. nostr.  
 ad Memnon. Cap. LV. pag. 253. [O.]

## Leonharti Lycii aliorumque et Editoris Annotationes in VII Sapientum Apophthegmata.

### I. In Demetrii Phalerei collectionem.

#### 1. Cleobuli.

Κλεόβουλος Λύνδιος] Scribendum *Λίνδιος*. *Λίνδος* Rho-  
 di urbs jam ex Homero nota Il. II. v. 656.

Οὐ Ρόδον ἀμφινέμοντο διάτριχα κοσμηθέντες,  
 Λίνδον Ἰηλυσσόν τε καὶ ἀργινύεντα Κάμειρον.

Conf. intpp. ad Steph. Byzant. v. *Λίνδος*. [O.]

Μέτρον ἄριστον] Alibi hoc ita recitatur: τὸ μέτριον  
 ἄριστον. [Lycius.] Conr. Gesner. *Modus optimus*. Anthol. Patav.  
 Πάντων μέτρον ἄριστον ex Laertio. [O.]

Πατέρα δεῖ αἰδεῖσθαι] Δεῖ videtur expungendum.  
 Nam in praeceptis usurpari Infinitivus in significatione imperandi  
 notum est. [Lyc.]

Εὖ τὸ σῶμα ἔχειν etc.] Laertius pro ἔχειν ἀσκεῖν ha-  
 bet; sed omittit quod sequitur καὶ τὴν ψυχὴν; quod tamen non  
 videtur omittendum. [Lyc.]



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Know Your Bible

Forgotten Books'  
Full Membership  
provides unlimited  
access to more than  
28,000 volumes of  
Christian literature for  
\$8.99/month

**HOLY  
BIBLE**

**Continue**

\*Fair use policy applies

Τέκνα παιδεύειν] Antholog. Patav. Τὰ φίλτατα τέκνα παιδεύει. quam lectionem secutus videtur Erasmus vertens: *Liberos tibi carissimos erudi.* Aldus τὰ φίλτατα παιδεύει, quod vertit Othmar. Luscinus: *Quae amicissima, corripe.* Sed παιδεύειν *corripienti vel castigandi* significationem non nisi apud scriptores sacros habet. Phavorinus: Παιδεύειν ἀντὶ τοῦ κόλάζειν οἶδεις τῶν ῥητόρων εἶπεν, ἀλλὰ παρὰ μόνη τῇ θείᾳ γραφῇ τοῦτο εὑρίσκεται. Conf. Schleusner. in Lexic. N. Test. h. v. [O.]

Τύχη εὐχεσθαι] Ita Schowius majori litera. Bene. Et male haec Lycius in versione expressit: *Fortunam a deo opta,* citans Ciceronis locum de Nat. Deor. Lib. III. *Judicium hoc omnium mortalium est, fortunam a deo petendam, a se ipso sumendam esse sapientiam.* Cui non nota Fortuna dea culta ab antiquis et precibus exorata vel ex elegantissimis illis Juvenalis versibus Sat. X, 365.

*Nullum numen habes, si sit prudentia: nos te  
Nos facimus, Fortuna, deam, coeloque locamus?*

Bene Stanlejus: *Successum a Fortuna pete.* [O.]

Ἐχθρας διαλύειν] Luscin. Ἐχθραν διάλυε, Pittaco attribuens hoc praeceptum. W. ἐχθροῖς διαλύειν. [O.]

Τὸν τοῦ δήμου ἐχθρὸν etc.] Quomodo censeam hoc legendum, ex versione apparet. (scil. σὸν vel σεαυτοῦ πολέμιον.) Sed potest alia esse sententia, non mutata lectione, nimirum haec: *Qui cives odit, eum data occasione hostem illorum futurum existima.* [Lyc.] Quae posterior interpretatio confirmatur ex parte verbis Ammonii de Differ. Voc. Ἐχθρὸς πολέμιον καὶ δυσμενοῦς διαφέρει. Ἐχθρὸς μὲν γὰρ ἐστὶν ὁ πρότερον φίλος. Πολέμιος δὲ ὁ μεθ' ὅπλων χωρῶν πέλας. Δυσμενὴς δ' ὁ χρόνον πρὸς τὸν ποτε φίλον τὸ μῖσος διατηρῶν, καὶ δυσαλλάκτως ἔχων. [O.]

μηδ' ἄγαν φιλοφρονεῖσθαι] Ita B. C. W. Antea μηδ' ἄγαν φρονεῖν. Male. [Schow.] Laertius: *Γυναικὶ μὴ φιλοφρονεῖσθαι, μηδὲ μάχεσθαι ἀλλοτρίων παρόντων. φιλοφρονεῖσθαι blandiri, lieblosen.* [O.]

τὸ μὲν γὰρ ἐστὶ χέρηρον etc.] Ita Stobaeus et Lycii editio, qui tamen in versione latina, *hoc enim dementiam, illud insaniam significat,* expressit lectionem Laertii: τὸ μὲν γὰρ ἄνοιαν, τὸ δὲ μανίαν σημαίνει. Mihi antiqua lectio haud quaquam videtur spernenda. *Illud quidem pejus est etc., Jenes ist freilich das schlimme, aber auch dieses kann zum Wahnsinn führen.* [O.]

Οἰκέτας μεθύοντας etc.] Laertius: *Οἰκέτην παροῖνον μὴ κόλάζειν· δοκεῖν γὰρ παροινεῖν.* [O.]

Γαμεῖν ἐκ τῶν ὁμοίων etc.] Pittaco adscribitur hoc

praeceptum in editt. Aldi et Luscinii. Sed Cleobulo attribuit Laertius. [O.]

ἐὰν γὰρ ἐκ τῶν κρειττόνων] Laertius: ἂν γὰρ ἐκ τῶν κρειττόνων λάβῃς. [O.]

δεσπότας, οὐ συγγενεῖς κτήσῃ] Laertius: δεσπότας κτήσῃ τοὺς συγγενεῖς. *affines* (ex uxore scil.) *dominos habebis*. [O.]

Μὴ ἐπιμαίνεσθαι τῷ σκώπτοντι etc.] C. W. et Laertius: Μὴ ἐπιγελαῖν τοῖς σκοπτομένοις· ἀπεχθήσεσθαι γὰρ τοὺς. quam lectionem secutus est Lycius vertens: *Ne irrideas eos, qui dicteris incessuntur: eris enim illis invisus*. Sed ἐπιμαίνεσθαι multo est exquisitius: *amore alicujus quasi deperire*. Vid. Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Marin. I. Tom. II. pag. 346. ed. Bipont. Vert. itaque: *Sey in die Spassmacher nicht vernarrt*. [O.]

Εὐποροῦντα etc.] Laertius l. l. Εὐτυχῶν μὴ ἴσθι ὑπερήφανος, ἀπορήσας μὴ ταπεινοῦ. τὰς μεταβολὰς τῆς τύχης γενναίως ἐπίστασο φέρειν. [O.]

## 2. Solonis.

Σόλων Ἐξηκεστίδου Ἀθηναῖος] Laertius I. §. 45. Σόλων Ἐξηκεστίδου Σαλαμίνιος. [O.]

Μηδὲν ἄγαν] Laertius hoc etiam Pythagorae adscribit, alii Thaleti. [Lyc.]

αὕτη γὰρ λύπην τίκτει] Alibi: ἥτις ὕστερον λύπην τίκτει. [Lyc.] Al. ἥτις λύπην τίκτει. [Gesner. in marg.]

φύλασσε τρόπον καλοκαγαθίαν etc.] I. I. Scaliger ad Dionys. Caton. pag. 31. ed. Arntzen. καλοκαγαθίαν interpretatur *existimationem viri boni, τοῦ καλοῦ καγαθοῦ*. [O.]

Τῶν γονέων μὴ λέγε δικαιότερα] Hujus praecepti eam puto esse sententiam, quam in versione reddidi, vel hanc: *Ne praeter sapias, quam placet parentibus*, Plautus Persa. Erasmus ita vertit: *Ne contende cum parentibus, etiamsi justa dixeris*. [Lyc.] At vero non hanc, sed aliam sententiam, quam Aldus edidit sub Pittaci nomine: *Μὴ ἔριξε τοῖς γονεῦσι, κἂν δίκαια λέγῃς*, sic reddidit Erasmus. Nostram quod attinet, Stanlejus in Hist. Philos. pag. 50. ed. Lips. vertit: *Parentibus justiora ne dixeris*. Sensus est: *Cum parentibus de jure ne litiges, sed caussa cedas, etiamsi habeas aequiorem et justiolem. Wölle nicht mehr Recht haben, als deino Eltern. Gieb den Eltern nach, auch wenn du Recht hattest*. Vide infra inter Fragmenta Pittaci a Lycio collecto No. 21. historiam de Pittaco arbitro sedente inter patrem et filium ex Aeliano, quae dicto huic ob brachylogiam obscuriori lucem affundit. [O.]



· φίλους μὴ ταχύ κτῶ etc.] Isocrates plonius hoc expressit (ad Dæmonium. Praecept. 31.): Βραδέως μὲν φίλος γίνου, γενόμενος δὲ πειρῶ διαμένειν· ὁμοίως γὰρ αἰσχρὸν μηδένα φίλον ἔχειν, καὶ πολλοὺς ἑταίρους μεταλλάττειν. [Lyc.] Vide ibi Facciolat. pag. 28. ed. Frick. [O.]

μὴ ταχύ ἀποδοκίμαζε] Alibi δοκίμαζε. Sed illud retinendum videtur. [Lyc.] ταχύ deest apud Laertium. Male. [O.]

Ἄρχεσθαι μαθῶν ἄρχειν ἐπιστήσῃ] Plenius apud eundem Stobaeum Serm. XLIV. περὶ ἀρχῆς. — Ἄρχε πρῶτον μαθῶν, ἄρχεσθαι· ἄρχεσθαι γὰρ μαθῶν ἄρχειν ἐπιστήσῃ. [O.] Sic et Laertius. Cicero de Legg. (Lib. III. Cap. II.) *Et qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est, et qui modeste paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse.* Docet autem Aristoteles III. Polit. Cap. III. quomodo imperare parendo discatur, ubi etiam ut, vulgo tritum proverbium hoc refert: διὸ λέγεται καὶ τοῦτο καλῶς, ὡς οὐκ ἔστιν εὖ ἄρχειν μὴ ἀρχθέντα. Idem repetit in Libro VII. Cap. XIV. [Lyc.]

Εὐθύνην etc.] Memorabile et singulare praecipit hujus exemplum habetur in Aeliani Var. Hist. Lib. XIII. (Cap. XXIV.) et Valerii Maximi Lib. VI. Cap. V. de Zaleucó, quod alibi paulo aliter refertur ex Libris Heraclidis Pontici de Rebuspubl. (Cap. XXIX. pag. 18. ed. Koehler. O.) Ἐὰν ἀλῶ τις κλέπτων παρὰ τοῖς Λοκροῖς, τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐξορύττεται. Ζαλεύκου υἱὸς ἑάλω, καὶ τῶν Λοκρῶν αὐτὸν ἀφιέντων, οὐχ ὑπέμεινεν· αὐτοῦ δὲ ἕνα καὶ τοῦ υἱοῦ ἕνα ἐξεῖλεν. Ex eodem opere etiam hoc recitatur (C. VII. p. 9. O.): Νόμον τινὰ φασὶ τὸν βασιλέα Τέννην διαθέσθαι, εἴ τις λάβοι μοιχὸν, ἀποκτείνειν τοῦτον πελέκει. ἀλόντος δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ τοῦ λαβόντος ἐρομένου τὸν βασιλέα, τί χρῆ ποιεῖν, ἀποκρίνασθαι τῷ νόμῳ χρῆσθαι. καὶ διὰ τοῦτο τοῦ νομίσματος αὐτοῦ ἐπὶ θάτερα πέλεκυς κεχραίνεται, ἐπὶ θάτερα δὲ ἐξ ἑνὸς ἀχένος πρόσωπον ἀνδρὸς καὶ γυναικός. καὶ ἐκ τούτου λέγεται ἐπὶ τῶν ἀποτόμων, τὸ ἀποκεκόφθαι Τενεδίῳ πελέκει. [Lyc.] Εὐθύνην didónai est *rationem reddere gesti magistratus, Rechenschaft von seiner Amtsführung ablegen.* Timaeus Lex. Plat. Εὐθύναί — δίκαι κατὰ τῶν ἀρχάντων κακῶς. ubi vid. qui de h. v. multus est Ruhnken. p. 125. seq. Conf. Reisk. Ind. ad Demosth. h. v. [O.]

ἀλλὰ τὰ βέλτιστα] Laertius I. §. 60. ἀλλὰ τὰ κάλλιστα. Al. τὰ ἄριστα. [O.]

Μὴ κακοῖς ὁμίλει] Hinc notissimi illi poetae (Theognidis) versus ap. Xenoph. Mem. Lib. I. Cap. II. §. 20.

Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ διδάξαι· ἦν δὲ κακοῖσι  
Συμμιγέησιν, ἀπολεῖσιν καὶ τὸν ἑόντα νόον. [O.]



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Ἐπὶ τὰ δεῖπνα etc.] Paulo aliter apud Laertium l. l. Ταχύτερον ἐπὶ τὰς ἀτυχίας τῶν φίλων, ἢ ἐπὶ τὰς εὐτυχίας πορεύεσθαι. Conf. Democrit. Fragm. 158. [O.]

Γάμους εὐτελεῖς ποιοῦν] Laertius l. l. Γάμον εὐτελεῖ ποιεῖσθαι. Stobaeus Serm. LXVIII. (περὶ μνηστείας) — Γάμους εὐτελεῖς καὶ ἰσοτίμους ποιεῖν. [O.]

Τὸν τετελευτηκότα μακάριζε] Laertius l. l. Τὸν τεθνηκότα μὴ κακολογῆν. Plenius Stobaeus Serm. CXXII. Τὸν τετελευτηκότα μὴ κακολόγει, ἀλλὰ μακάριζε. [O.]

Πρεσβύτερον σέβον] Laert. Γῆρας τιμῶν. [O.]

Τὸν τὰ ἀλλότρια etc.] Plato Πολιτ. IV. τὸ τὰ αὐτοῦ πράττειν καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν δικαιοσύνη ἐστὶ. Et secundum Plautum est curiosus nemo, quin sit malevolus. [Lyc.]

Ζημίαν αἰροῦ etc.] Plenius Laertius l. l. Ζημίαν αἰρεῖσθαι μᾶλλον ἢ κέρδος αἰσχρόν· ἡ μὲν γὰρ ἅπαξ ἐλύπησε, τὸ δὲ διὰ παντός. Et Stobaeus Serm. I. Ζημίαν αἰροῦ μᾶλλον ἢ κέρδος αἰσχρόν· τὸ μὲν γὰρ ἅπαξ σε λυπήσει, τὸ δὲ διὰ παντός. Habet autem, ut bene observat Menagius, hoc dictum Chilo ab Hesiodo, cujus hic versus in Opp. v. 352.

Μὴ κατὰ κερδαίνειν· κατὰ κέρδεα ἴσ' ἄτῃσιν.  
eodemque sensu dixit Poeta incertus:

Τὸ κέρδος ἡοῦ κέρδος, ἂν δίκαιον ἦ. [O.]

Τῷ δυστυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα] Plenius Stobaeus Serm. CXI. Τῷ ἀτυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα, κοινὴ γὰρ ἡ τύχη. [O.]

Τραχὺς ὦν etc.] Gesnerus in marg. ἰσχυρὸς ὦν; ex Laertio, qui habet l. l. Ἰσχυρὸν ὄντα πρᾶον εἶναι, ὅπως οἱ πλησίον αἰδῶνται μᾶλλον ἢ φοβῶνται. Jacobs. V. Cl. Animadvv. in Euripid. et Stobaeum legendum conjicit: Ἀρχὸς ὦν, ex emendatione beati Strothii manuscripta. Sed vulgatam lectionem Τραχὺς ὦν tuetur Schowius, τραχὺς explicans ὀργίλος, iracundus. [O.]

Τῆς ἰδίας οἰκίας προστάτει] Laertius l. l. μανθάνειν τῆς ἰδίας οἰκίας καλῶς προστατεῖν. [Lyc.]

Ἐν ὁδῷ μὴ σπεῦδε προάγειν etc.] Laertius l. l. Ἐν ὁδῷ μὴ σπεύδειν· λέγοντα μὴ κινεῖν τὴν χεῖρα· μανικὸν γάρ. Ceterum in eandem sententiam pulcherrimus est Ciceronis locus de Offic. Lib. I. Cap. XXXVI. Cavendum est autem, ne tarditatibus utamur in gressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur; aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates, quae cum fiunt, anhelitus movetur, vultus mutantur, ora torquentur; ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam. ubi vid. Graev. pag. 147. Conf. Adamantius Physiogn. Lib. II. Cap. 26. in Scriptt. Physiognom. p. 424. ed. Granz. [O.]

μανικὸν γάρ] W. μανικοῦ γάρ. [Schow.] Sic de eadem re Clemens Alexandr. Paedagog. III, 2. Ἀποσκορακιστέον ἡμῖν καὶ τοῦ περιπάτου τὸ μανιωδες· τὸ δὲ σεμνὸν καὶ τὸ σχολαῖον ἐκλεκτέον. De v. ἀποσκορακίζειν vid. doctiss. Creuzer. ad Plotin. de Pulchr. p. 98. 99. [O.]

Νόμοις πείθου] Sic Omnibon. Antea Νόμοις πείθει, corrupte. [Schow.]

Ἀδικοῦμενος διαλλάσσει] Sic Gesner. in marg. Antea: Ἀδικουμένοις διαλλάσσει. Eandem sententiam Theobulo vel potius Cleobulo adscribit Stobaeus Serm. περὶ σωφροσύνης. [O.]

#### 4. Pittaci.

Πίττακος ὁ Μιτυληναῖος] Laertius in vita Pittaci Lib. I. §. 74. Πίττακος Ἐρραδίου Μιτυληναῖος. Ceterum Praecepta, quae Pittaco auctori tribuuntur in editionibus Stobaei, equidem secutus Laertium in vita Thaletis Lib. I. §. 37. Codicem Stobaei C. a Schowii collatum, Lycium et Stanlejum huc tra- duxi. [O.]

Ὁ μέλλεις ποιεῖν, μὴ λέγῃς] Laert. Lib. I. §. 78. Ὁ μέλλεις πράττειν, μὴ πρόλεγε. [O.]

Τοῖς ἐπιτηδείοις χρῶ]. Videtur fere idem esse, quod τὸ παρὸν εὖ πράττειν, quod habet Laertius. [Lyc.] Conr. Gesnerus τοῖς ἐπιτηδείοις accipiens genere masculino vertit: *Amicis utere*. Equidem malim interpretari: *Utere rebus ad vitam sustentandam facientibus. Ne parcas suppellectili. Brich dir an dem Nöthigen nichts ab. Τὰ ἐπιτήδεια — τὰ πρὸς τροφήν ἀρμόδια*. Vid. Fischer. in Ind. ad Aeschinem Socr. h. v. [O.]

Ὅσα νεμεσᾶς τῷ πλησίον etc.] D. E. F. G. W. Ὅσα νόουθετεῖς τὸν πλησίον, αὐτὸς μὴ ποιεῖ. [Schow.] Laertius in Thaletē Lib. I. §. 36. Πῶς ἂν ἄριστα καὶ δικαιοτάτα βιώσομεν; Ἐάν, ἂ τοῖς ἄλλοις ἐπιτιμῶμεν, αὐτοὶ μὴ δρῶμεν. [O.]

Ἀπραγοῦντα μὴ ὄνειδίζῃς etc.] Gesner. in marg. conj. κακοπραγοῦντα vel δυσπραγοῦντα. Nam Laertius in Pittaco Lib. I. §. 78. — Ἀτυχίαν μὴ ὄνειδίζειν, Νέμεσιν αἰδούμενον. ubi Menagius apposite citat Catulli versus ex Carmine L. ad Licinium:

*Nunc audax, cave, sis precesque nostras,*

*Oramus, cave despuas, ocelle,*

*Ne poenas Nemesis reposcat a te:*

*Est vehemens dea: laedere hanc caveto.*

Vulgatam tamen defendit Schowius ἀπραγοῦντα explicans: *agendi destitutum, einen hülfs- und rathlosen*. Lectio si sana est.

ἀπραγοῦντα accipiendum de eo, qui nihil efficere potest, nihil impetrat, der in seinen Unternehmungen unglücklich ist, zu nichts kommen kann, quo sensu Polybius Lib. IV. Cap. 64. dicit: ἀπραγοῦντες καὶ δυσχρήτως ἀπαλλάττοντες ἀπεχώρουν πρὸς τὴν πόλιν. Sed dubito, annon legendum sit δυσπραγοῦντα, ut infra legimus in Nili Sententiis: Γέλα τοὺς εὐπραγοῦντας, τοῖς δυσπραγοῦσι σύμπασχε. Ceterum idem praecipit auctor Paraeneseos ad Demonium: Μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσης· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη, καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον. [O.]

κάθεται] *sedet tanquam iudex, judicat.* [O.]

Παρακαταθήκας ἀπόδος] *Plenius Stobaeus Serm. I. Παρακαταθήκην λαβὼν δικαίως ἀπόδος.* Laertius l. 1. Πάρακαταθήκην λαβόντα ἀποδοῦναι. [O.]

Ἄνεχον etc.] *Videtur idem fere praeceptum esse cum sequente: Ἀγάπα τὸν πλησίον etc.* [O.]

Τὸν φίλον etc.] *Plane aliter et, ut mihi quidem videtur, sapiente dignius Laertius l. 1. φίλον μὴ λέγε κακῶς, ἀλλὰ μηδὲ ἐχθρόν.* [O.]

ἀσυλλόγιστον] *Annon legendum ἀλόγιστον?* [O.]

Δεινὸν τὸ συνιδεῖν τὸ μέλλον] *Puto redundare, quod additur, τὸ μέλλον, ut sit sententia: Nihil est miserius, quam animus hominis conscius, Plaut. Mostell. [Lyc.]*

ἀσφαλές] *Quid si σαφές?* [Lyc.]

Θεραπείαν ζητεῖ] *Potest sensus esse, ut interpretatur Lycius: Cum aegrotus sis, auxilia sive remedia quaere. Vel etiam: Quaere (vel beneficiis lucrare tibi) homines obsequentes. Suche, erwirb dir gefällige, dienstwillige Freunde. Abstractum pro concreto, -ut saepius.* [O.]

Φίλει τὴν παιδείαν etc, etc.] *Aliter Laertius l. 1. Εὐσέβειαν ἀσχεῖν, σωφροσύνην φιλεῖν, ἀληθειάν ἔχειν, πίστιν, ἐμπειρίαν, ἐπιδεξιότητα, ἐταιρίαν, ἐπιμέλειαν.* [O.]

ἐπιδεξιότητα] *Quid sit ἐπιδεξιότης, explicat nobis Aristoteles Ethic. Nicom. Lib. IV. Cap. XIV. Τῇ μέσῃ δ' ἔξει (scil. inter βωμολοχίαν et ἀγριότητα vel σκληρότητα) οἰκεῖον καὶ ἡ ἐπιδεξιότης ἐστὶ· τοῦ δ' ἐπιδεξίου ἐστὶ τοιαῦτα λέγειν καὶ ἀκούειν, οἷα τῷ ἐπιεικεῖ καὶ ἐλευθέρῳ ἀρμόττει· ἐστὶ γὰρ τινὰ πρέπαντα τῷ τοιοῦτῳ λέγειν ἐν παιδείᾳ μέρει καὶ ἀκούειν, καὶ ἡ τοῦ ἐλευθέρου παιδεία διαφέρει τῆς τοῦ ἀνδραποδώδους, καὶ αὐτοῦ πεπαιδευμένον καὶ ἀπαιδευτόν. et paullo inferius: ὁ δὲ ἡ χάρις καὶ ἐλεύθερος οὕτως ἔξει, οἷον νόμος ὢν ἑαυτῷ· τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μέσος ἐστίν, εἴτ' ἐπιδέξιός, εἴτ' εὐτράπελος λέγεται. Conf. Andronic. Rhod. Paraphras. Lib. IV. Cap. X. pag. 184. ed. Cantabrig. Vert. igitur ut-*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Know Your Bible

Forgotten Books'  
Full Membership  
provides unlimited  
access to more than  
28,000 volumes of  
Christian literature for  
\$8.99/month

**HOLY  
BIBLE**

**Continue**

\*Fair use policy applies

Οἷους ἄν ἐράνουσ ἐνέγκης] Laertius I. I. Οὓς ἄν ἐρά-  
νουσ εἰσενέγκης. [O.]

Κακὸν ἀκρασία] Gesner. in marg. Βλαβερόν ἀκρασία. [O.]

Δίδασκε etc.] Thucydides: κράτιστον ἐν ἀναγκαιοτάτοις παι-  
δεύεσθαι. [Lyc.]

Τὴν εὐτυχίαν κρύπτει φθόνου χάριν] Alii Codd.  
κακὰ ἐν οἴκῳ κρύπτει. Isocratica sententiā (ad Demon. 78.) utrum-  
que complectitur sane perquam eleganter: Χαῖρε μὲν ἐπὶ τοῖς  
συμβαίνουσι τῶν ἀγαθῶν, καὶ λύπου μετρίως ἐπὶ τοῖς γινομένοις  
τῶν κακῶν. γίνου δὲ τοῖς ἄλλοις ἐν μηδετέροις ὧν κατὰδηλος ἀτο-  
πον γὰρ τὴν μὲν οὐσίαν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀποκρύπτειν, τὴν δὲ διά-  
φορὰν φανεράν ἔχοντα περιπατεῖν. [Lyc.] Gesnerus v. φθόνου χά-  
ριν jungit cum sequenti praecepto, Μὴ οἰκτείρου vertens *fac ne  
declinans invidiam miserabilis fias*, illique adstipulatur Levesque  
sic interpretans: *Caché ton bonheur: mais en fuyant l'envie,  
n'excite pas la pitié*. Stanlejus vertens *domestica mala cela* le-  
gisse videtur vel τὴν ἀτυχίαν, vel potius cum Codd. Stobaei κακὰ  
ἐν οἴκῳ κρύπτει, in reliquis sequens Gesnerum. Male. Nam invi-  
detur beatis, non miseris. [O.]

Μὴ οἰκτείρου] Quid hoc sibi velit, non intelligo. Suspi-  
cor tamen, in archetypo fuisse καὶ τὴν ἀτυχίαν, μὴ οἰκτείρη, ut  
repetito verbo (κρύπτει) ἀπὸ κοινοῦ posito efficiatur talis senten-  
tia: *Adversam etiam fortunam cela, ne sis miserabilis* [Lyc.]

κόσμου] moderare. Nam et κόσμου interpretatus est Ci-  
cero in Platone moderatos. [Lyc.] *Massige dich*. [O.]

## 6. Biantis.

Βίας (Τευταμίδου Πριηνεύς] Legendum videtur: Βίας  
Τευταμίδης. Nam Laertius, in Vita Biantis init. Βίας Τευτάμου  
Πριηνεύς. [O.]

Οἱ πλεῖστοι ἄνθρωποι κακοί] Plenius Laertius Lib. I.  
§. 87: ἔλεγε καὶ φιλεῖν (δεῖν) ὡς μισήσοντας, τοὺς γὰρ πλείστους εἶ-  
ναι κακοὺς. Ceterum damnant hoc dictum tanquam inimicissi-  
mum amicitiae Aristoteles Rhetor. Lib. II. Cap. 21. et Cicero de  
Amicitia Cap. 16. [O.] Gellius Lib. I. Cap. III. ad Chilonem au-  
ctorem refert. [Lyc.]

Χρὴ πρῶτον αὐτὸν ἐμβλέψαντα etc.] Al. ἐς τὸ ἔσο-  
πτρον, ἔφη, ἐμβλέψαντα δεῖ πράττειν· εἰ μὲν καλὸς φαίνη, καλὰ  
ποιεῖν, εἰ δ' αἰσχρὸς, τὸ τῆς φύσεως ἑλλιπὲς διορθοῦσθαι τῇ καλο-  
καγαθίᾳ. [Gesner. in marg. et Schow.] Similiter Apulejus in Apo-  
logia: *An non Socrates philosophus ultro etiam suasisse fertur  
discipulis suis, crebro ut semet in speculo contemplarentur? uti,*

qui eorum foret pulchritudine sibi complacitus, impendio procuraret, ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret; qui vero minus se commendabilem forma putaret, sedulo operam daret, ut virtutis laude turpitudinem tegeret. ubi vid. Pricaëus pag. 36. Conf. in eandem sententiam elegantissimam Phaedri fabulam Lib. III. Fab. VII. *Frater et Soror*. [O.]

Ἄσκει καλοκαγαθίαν] Lycius: *Boni viri officia prae-  
sta.* [O.]

Βραδέως ἐγχείρει etc.] Paulo aliter Laertius Lib. I. §. 87. Βραδέως ἐγχείρει τοῖς πραττομένοις· ὃ δ' ἂν ἔλη, βεβαίως τη-  
ρῶν διάμενε. [O.]

Μίσει, τὸ ταχὺ λαλεῖν etc.] Laertius l. I. Μὴ ταχὺ λά-  
λει· μανίαν γὰρ ἐμφαίνει. [O.]

Μὴ εὐήθης etc.] *Εὐήθης, simplex, fatuus.* Conf. de hoc et  
aliis vocabulis idem significantibus, ἡδὺς, γλυκὺς, χρηστὸς, Ruhn-  
ken. ad Timaei Lex. Plat. v. Ἡδὺς p. 131 seq. Simillimum D.  
Soteris praeceptum Matth. X, 16. Γίνεσθε οὖν φρόνιμοι, ὡς οἱ  
ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι, ὡς αἱ περιστεραί. [O.]

Ἀφροσύνην μὴ προσδέχου] Anthol. Patav. μὴ προσδε-  
χε. Male. [O.]

Πάντοτε λέγε, ὡς εἶσι θεοί] Laertius Lib. I. §. 88.  
Περὶ θεῶν λέγε, ὡς εἶσιν: ubi Menagius: „Dixit Bias: de diis hoc  
„unum affirmandum, esse illos quidem, sed qui vel quales sint,  
„ne tentandum quidem id explicare, cum supra ingenii nostri  
„modulum sit.“ [O.]

Νόει τὸ πραττόμενον] Melius ap. Stob. Serm. III.  
Νόει, καὶ τότε πράττε. [O.]

Πείσας λάβε, μὴ βιασάμενος] D. E. F. G. Πείσας  
λάβε, μὴ ἐπιστάμενος. E. in marg. μὴ βιασάμενος. [Schönw.] Et sic  
etiam Laertius l. I. [O.]

Ὅταν ἀγαθὸν πράσσης etc.] Laertius l. I. Ὅτι ἂν  
ἀγαθὸν πράττης, εἰς θεοὺς ἀνάπεμπε. Ceterum in eandem sen-  
tentiam dictum illud Pauli Apostoli I. Cor. IV, 7. Τί δὲ ἔχεις, ο  
οὐκ ἔλαβες; εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι, ὡς μὴ λαβῶν; [O.]

Κτῆσαι ἐν μὲν νεότητι εὐπρᾶξιαν etc.] Aliter Laer-  
tius l. I. Ἐφόδιον ἀπὸ νεότητος εἰς γῆρας ἀναλαμβάνων σοφίαν, βε-  
βαιότερον γὰρ τοῦτο τῶν ἄλλων κτημάτων. et Basilius in Oratione  
ad adolescentes de profan. libr. lectione: Ὁ μὲν οὖν Βίας τῷ νιῆ  
πρὸς Αἰγυπτίους ἀπαίροντι, καὶ πυνθανομένῳ, τί ἂν ποιῶν αὐτῷ  
κεχαρισμένα πράττοι, ἐφόδιον, ἔφη, πρὸς γῆρας κτησάμενος· τὴν  
ἀρετὴν δὴ τὸ ἐφόδιον λέγων, μικροῖς ὅροις αὐτὴν περιγράφων; ὡς  
γε ἀνθρώπινῳ βίῳ τὴν αὐτῆς ὠφέλειαν ὠρίζετο. Est itaque h. l.



εὐπραξία *actiones bonae, virtus*, (ut ap. Xenoph. Memorabb. Lib. III. Cap. IX. §. 14., Ἐρομένου. δὲ τινος αὐτῶν, τί δοκοίη αὐτῷ κρείττονον ἀνδρὶ ἐπιτήδευμα εἶναι, ἀπεκρίνατο: Εὐπραξίαν.) non autem *bona fortuna* aut *opes*, ut male reddiderunt C. Gesnerus et Stanlejus. At magis placet lectio collectionis Aldinae εὐταξίαν. [O.]

καιρῷ εὐλάβειαν] Videtur h. l. εὐλάβεια esse non *cautio, Vorsicht, Behutsamkeit*; sed potius ἔξις τοῦ εὐλαβεῖν τὸν καιρὸν, *habitus occasionem oblatam apprehendendi, schnelle Besonnenheit; Umsicht, Gegenwart des Geistes*. [O.]

φόβῳ εὐσέβειαν] Gesnerus in marg. εὐλάβειαν vertens *in metu cautionem*. Sed paullo ante habuimus καιρῷ εὐλάβειαν. Vulgata lectio si vera est, sensus esse videtur: *In metu (vel quoties mala tibi imminent) pietatem in deos cole, h. e. memento a diis illa immitti, eosque precare, ut avertant quae metuis*. De vi v. εὐσεβῆς, pro quo in SS. literis occurrit εὐλαβῆς quodque completitur omnia fere officia diis hominibusque praestanda, vid. Valckenaer. ad Euripid. Hippol. v. 1306. pag. 306. [O.]

πλούτῳ φιλίαν] Alibi (Gesner. in marg.) δειλίαν, non inepte. δειλότατον γὰρ ἔστ' ὁ πλοῦτος, Aristophan. [Lyc.] Vulgata lectio si vera est, φιλίαν dixit Bias pro φίλους, abstractum pro concreto, ut sensus sit: *Compara tibi amicos divitibus tuis*, quod praecipit etiam divinus Soter, Luc. XVI, 9. Ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας. ve etiam: *Divitibus tuis sinas frui amicos tuos*. [O.]

πράξει δυναστείαν] Fateor, me hoc non intelligere, nec videre, quid h. l. sibi velit potentiae seu principatus (τῆς δυναστείας) notio. Αὐνοῦ δυναστεία h. l. idem est quod δύναμις, ἰσχὺς, *vis in agendo, Thatkraft?* cujus autem significationis exempla desidero. [O.]

δόξῃ ἡγεμονίαν] ἡγεμονίαν intelligo *dignitatem, qualis virum honoratum vel principem decet, Herrscherwürde*. [O.]

## 7. Periandri.

Περιανδρος Κυψέλου] Alii Κυψέλλου, ut et Laert. [O.]

Μελέτα τὸ πᾶν] Lycius vertens *Studium est omnia*, h. e. *Studio et exercitatione nihil non obtinetur*, v. Μελέτα accepisse videtur pro Μελέτη, eamque interpretationem secutus et Cameraarius in Ludo VII Sapientum sic vertens: *Nihil est inexpugnabile diligentiae*, et: *In omni re meditatio plurimum prodest*, ut nos dicimus: *Uebung macht den Meister*. Idem tamen in Graeco Epigrammate, quod infra adferemus, ubi dicit, Periandrum, occidentem uxorem suam Melissam, oblitum plane fuisse hujus praecepti



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



*tem et paucissimis fruentem vitae bonis mori, quam* (quae est, prodigi sors) *vivere sive vitam finire in egestate.* [O.]

Ὁν ἄν ἐκῶν ὁμολογήσεις πονηρὸν, παράβαινε] Gesnerus in marg. conj. "Ο ἄν ἄκων ὁμολογήσεις πονηρὸν, παράβαινε, vertens: *Si quid mali invitus promiseris, transgredere.* Aliter Laertius I, 98. "Ο ἄν ὁμολογήσης; διατήρει. [O.]

Λοιδόρει] *Objurga, reprehende.* Nil amplius. Sic ap. Xenoph. Cyropaed. Lib. I. Cap. IV. §. 8. Οἱ δὲ φύλακες προσελάσαντες ἐλοιδόρουν αὐτὸν, καὶ ἔλεγον, εἰς ὅσον κίνδυνον ἔλθοι, καὶ ἔφασαν κατερεῖν αὐτοῦ τῷ πάππῳ. [O.]

Μὴ μόνον etc.] Seneca in Troad. *Qui non vetat peccare, cum possit, jubet.* [Lyc.] Laertius l. l. Μὴ μόνον τοὺς ἀμαρτάνοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς μέλλοντας κόλαζε. Minus bene. [O.]

## In Collectionem Aldinam.

### PERIANDRI.

Ἰδὸν ἧς κρᾶται] Melius Luscinius: *Voluptatem cohibe.* [O.]

Τίους παίδευε] Luscin. *Filios corripere.* Sed vide supra ad Sentent. Cleobuli: *Τέκνα παίδευεῖν.* [O.]

Ἀκούε τὰ προσήκοντα] Melius Luscin. *Audi quae decentia.* [O.]

Κρόνου φιλίαν φύλαττε] Luscin. *Tempore amicitiam serva.* Sed omnino legendum Χρόνω, i. e. ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ. Vid. Bos. Ellips. Graec. pag. 402. ed. Schaefer. quomodo legisse videtur et Erasmus. [O.]

Πᾶσιν ἀποστρέφου] Erasmus vertens *Omniibus te ipsum praebere* legisse videtur ἐπιστρέφου. Luscin. *Ab omnibus averte.* Si sana est lectio, fugam rerum terrestrium ac mundanarum vel vitam solitariam ac contemplativam, meditationem mortis, ut philosophi vocant, commendare videtur hoc Aphthegma. [O.]

Ἀπὴν φυλάττου] Luscinius: *Tristitiam serva.* Pessimè. [O.]

### BIANTIS.

ὠραΐζε] Vide de h. v. Graev. ad Lucian. Parasit. Tom. VII. p. 460. ed. Bipont. [O.]

ὅτι δ' ἐστίν] Erasmus vertens *quid sit* legisse videtur ὅτι δ' ἐστίν. Sed ὅτι non esse mutandum docet eadem sententia a Demetrio Phalereo sic prolata: Πάντοτε λέγε, ὡς εἰσι θεοί. Sensus igitur: *Audias, i. e. scias, numen existere.* [O.]

*Πείσας λάβε* etc.] Imperite Luscinius: *Obedientiam cape non coactus.* [O.]

*Στησαί*] i. e. *firmam, immotam tene.* [O.]

#### PITTACI.

*Μὴ ἔριζε γονεῦσι*] Vide supra ad dictum Solonis (ex Demetr. Phal.): *Τῶν γονέων μὴ λέγε δικαιότερα.* [O.]

#### CLEOBULI.

*Ἐυποιῖας*] Vocabulum scriptoribus Atticis non probatum, teste Jul. Polluce Onom. Lib. V. §. 140. Conf. quae observavimus ad Chion. Epist. VII, 5. Memnon. pag. 283. Habet tamen et Alciphron Lib. I. Epist. X. et Lib. III. Ep. VIII. [O.]

*Τὸν ἐλάττω μὴ ἀποσκυβαλίσης*] Luscinius: *Minorem ne canibus exponas.* Sed ἀποσκυβαλίζεσθαι h. l. i. q. simplex σκυβαλίζεσθαι, in gen. ὡς τὸ σκύβαλον ἀποδοκιμάζεσθαι, ἀτιμάζεσθαι, παραρρίπτεσθαι, ἐξουθενεῖσθαι, ut exponunt Hesychius et Suidas. Conf. qui de h. v. multus est Th. Gataker. in Miscellan. Sacr. Posthum. Cap. XLIII. Opp. Tom. I. p. 868—878. et Schleusner. in Lex. N. Test. v. *Σκύβαλον.* [O.]

*Ὁ σὺ μισεῖς, ἔτέρῳ μὴ ποιήσης*] Idem praecceptum Tobiae ad filium suum Tob. IV. v. 15. *Καὶ ὁ μισεῖς, μηδενὶ ποιήσης.* [O.]

*Ἐὐχῆς γὰρ*] γὰρ spectat ad primam sententiae partem, quae interiit librariorum incuria. Forte: *Ἐύχου σὺχνῶς*, vel: *Καρτέρει εὐχόμενος· εὐχῆς γὰρ* etc. [O.]

*Ψευδῆς καταβολή*] *Καταβολή* pro *διαβολή* insolens plane et sine exemplo. Quare legendum videtur: *Ψεύδους διαβολή*, ut apud Stobaeum legitur Serm. XII. *περὶ ψεύδους*, qui eandem sententiam habet, sed Menandro adscriptam. Conf. Suicer. Thesaur. Ecclesiast. v. *καταβολικός.* [O.]

*Ψεῦδος δὲ μίσει* etc.] Et haec sententia Menandro adscribitur a Stobaeo Serm. XII. [O.]

#### CHILONIS.

*Ἦθει δοκίμαζε*] Erasmus omisit haec verba. Luscin. *Consuetudine experire.* Annon legendum *Ἦθη* (*Ἦθεα*) *δοκίμαζε*? ut in Sosiadae collectione: *Ἦθος δοκίμαζε.* [O.]

#### THALETIS.

*Πολίταις μὴ θρασύνοῦ*] Et haec intacta reliquit Erasmus. Luscin. *Civibus ne confidas.* Mihi nondum liquet, quomodo verba haec interpretanda sint, utrum: *Civium favori ne confidas*, an vero: *Ne insolens sis et superbas adversus cives.* [O.]

Ψιθυρον ἄνδρα] *susurroneu*, ὠτακουστήν, *Ohrenbläser*.  
Sic Pindar. *Fyth.* II. vs. 134 seqq.

— — — ὁ δὲ Ῥαδάμανθους εὖ  
Πέπραγεν, ὅτι φρενῶν  
Ἐλαχε καρπὸν ἀμωμή-  
των, οὐδ' ἀπάταισι θυμὸν  
Τέρπεται ἔνδοθεν·  
Οἷα ψιθύρων παλάμαις ἔπετ' αἰεὶ  
Βροτῶν. — ubi vid. Heyn. p. 225. ed. noviss. [O.]

*Annotationes in Sosiadis VII Sapientum praecepta.*

Ἐπον θεῷ] Plutarchus περὶ τοῦ ἀκούειν — Σὺ δὲ πολλάκις  
ἀκηκῶς, ὅτι ταυτὸν ἐστὶ τὸ ἔπεσθαι θεῷ καὶ πείθεσθαι λόγῳ etc.  
Ciceroni idem est *naturam ducem sequi* Catone majore. *In hoc  
sumus sapientes, quod naturam optimam ducem tanquam deum se-  
quimur eique paremus.* Vide plura in *Chiliadibus* Erasmi. [Lyc.]

Ἦττω ὑπὲρ δίκαιον] Ita Lycius et C. Gesnerus ver-  
tens: *Pro justo etiam vinci sustine.* Stanlej. *Justitiae causa pa-  
tere.* Schowius autem Ἦττω ὑπὸ δίκαιον. *Cede justo, vinci te  
patiaris a justo.* [O.]

Γνώθι μαθῶν] Gesnerus: *Cognosce, postquam didiceris.*  
Atqui sensus est: *Ne judices, antequam rem cognoveris.* *Untersuche  
zuerst und dann entscheide.* Γνώσκεις verbum forense de iudice  
sententiam dicente. Sic Aristoteles *Poet.* VII, 26. Ἔστι μὲν γὰρ  
οὕτω γίγνεσθαι τὴν πράξιν, ὡςπερ οἱ παλαιοὶ ἐποίουν, εἰδότας καὶ  
γινώσκοντας. Conf. quae observavimus ad *Isaei Menecleae* *Cap.*  
X. verba τοὺς γνόντας αὐτοὺς ἡμῖν παρέξομαι μάρτυρας, post *Iso-  
crat.* περὶ τῆς ἀντιδόσ. edit. *patruelis nostri Jo. Casp. Orellii maj.*  
*pag.* 497 seq. [O.]

Σαυτὸν ἴσθι] Pessime haec Schowius cum sequentibus  
conjungit: Σαυτὸν ἴσθι γαμειν μέλλων. Immo σαυτὸν ἴσθι nil  
aliud est quam γνώθι σαυτὸν, ab ἴσημι. [O.]

Ἔσταν τιμα] Stanlejus vertit: *Hospitalitatem cole.* C.  
Gesner. *Focum honora.* Sensus est: *Jus foci sanctum habeas, vel:  
Supplicem honorato, qui foco assidet.* (Ἰκέτας ἐλέει supra in *Peri-  
andro* Ald.) De supplicum more assidendi foco vel arulae illi aut  
larario, quod ad focum excitari solitum erat, ubi jus erat ἀουλίας,  
vid. *Casaubon.* ad *Dionys. Halicarn.-Ant. Rom.* *Lib.* VIII. p. 1504.  
*Heisk.* et intpp. ad *Thucydid.* *Lib.* I. *Cap.* 136. *pag.* 227. ed.  
*Bauer.* [O.]



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Know Your Bible

Forgotten Books'  
Full Membership  
provides unlimited  
access to more than  
28,000 volumes of  
Christian literature for  
\$8.99/month

**HOLY  
BIBLE**

**Continue**

\*Fair use policy applies

nerus et Stanlejus vertentes: *Incusa praesentia*. Sed malim cum Lycio accipere genere masculino: *Incusa praesentem*, qui se defendere et excusare possit. [O.]

Ἄλγε εἰδώς] Gesnerus: *Dic quod scias*. [O.]

Βίας μὴ ἔχου] *Vi non utere*. Vide intpp. ad Viger. Cap. V. Sect. VII. (pag. 155 seq. ed. Herm. noviss.). [Stroth.]

Τίσι μὴ καταθάρσει] Gesnerus in marg. Τίσι μὴ καταρῶ. [O.]

Γλώττης ἄρχε] Gesner. in marg. Γυναικὸς ἄρχε: quod magis placet. Nam paulo ante habuimus: *Γλώσσαν ἴσχε*. [O.]

Πόνει μετ' εὐνοίας] Ita C. W. Antea μετὰ δικαίου. [Schow.]

Ἐπιτέλει συντόμως] Gesner. in marg. Πράττε συντόμως. [O.]

Ἄρρητον μὴ λέγε] Al. Ἄρρητον κρύπτε. [Gesner. in marg.]

Τὸ κρατοῦν φοβοῦ] Al. Ἀκρατοῦν, sed illud magis probatur. [Lyc.]

Γῆρας προσδέχου] Male Lycius: *Senectutem adipisci*. Sensus esse videtur: *Senectutem ejusque incommoda exspecta animo tranquillo nec sollicito*. *Erwarte mit Ruhe die Beschwerden des Alters*. [O.]

Δόξαν μὴ λίπε] *Ne deseras gloriam*, h. e. ne committas, quae gloriam tuam vel bonam famam contaminare possint. [O.]

Κακίαν μίσει] Al. Κακίαν λίπε. [Gesner. in marg.]

Προγόνους στεφάνου] Respicit hoc ad morem veterum sepulchra majorum floribus et sertis, inprimis ex apio, exornandi, de quo vid. Artemidorus Oneirocrit. Lib. I. Cap. LXXVII. ibique Rigalt. et Reiff. et Scriptores Antiquitatum Graecarum. [O.]

Τῷ βίῳ μὴ μάχου] Male Lycius: *De vita ne dimica*. Immo: *Ne pugnes adversus vitam*, h. e. vel: *Manus tibi, ne inferas*, vel potius: *Ne vitam temere projicias, citra necessitatem exponas periculis*. (*Μὴ ῥιψοκίνδυνος ἔσο* Cleobul. Ald.) [O.]

Χαρίζου ἀβλαβῶς] Lycius: *Largire pro re tuá*. [O.]

Εὖ πάσχε ὡς θνητός] Verterem: *Genio indulge tanquam moriturus*. *Lass dir wohl seyn*. [O.]

πρεσβύτερος εὐλογος] Al. πρεσβύτης εὐλογος. [Gesner. in marg.]

*In eorundem Apophthegmata e variis collecta.*

### *I. Cleobuli.*

1. Ἄμουσι' ἐν βροτοῖς etc. etc.] Sic emendavit et in versus disposuit Salmasius apud Menagium verba Laertii cor-

ruptissima: Ἀμουσία τὸ πλεον μέρος. ἐν βροτοῖσι, λόγων τε πλήθος. ἀλλ' ὁ καιρὸς ἀρκέσει. Φρόνει τι κεδνόν. Μὴ μάταιος ἄχαρις γινέσθω. Ἀ χάρις pro ἄχαρις conjecerat jam H. Stephanus. Pro ἀρκέσει Lycius malebat ἀρτέσει. Joach. Kuehnus conjicit, aut legendum: λόγων τε πλήθος ἄλλο ὁ καιρὸς ἀρκέσει, et aliam verborum copiam tempus dabit, ut sensus sit, ignorantiam dominari inter homines et verba plurima, quibus tamen posterior aetas contraria oppositura et λόγον λόγῳ, ut clavum clavo, expulsura sit: aut ἀρκέσει accipiendum esse pro βοηθήσει hoc sensu: sed huic hominum ignorationi tempus medebitur et dies diem docebit. Pro μάταιος ἢ χάρις etc. idem mavult, μὴ ματαίως ἄχαρις γινέσθω, ne temere et sine socratica caussa odiosus fias. At probo equidem emendationem Salmasii. [O.]

2. Ἐφη δὲ δεῖν συνοικίσειν etc.] Idem Cleobuli praeceptum servavit Stobaeus Serm. LXVIII. περὶ μνηστίας. [O.] συνοικίσειν] Stobaeus addit ἀνδράσι. [Lyc.]

3. Ἐλεγε δὲ etc.] Extrema verba hujus sententiae, φυλάσσεσθαι γὰρ etc., servavit Stobaeus Serm. XXXVIII. περὶ φθόνου. [O.]

τῶν μὲν φίλων τὸν ψόγον] Stobaeus I. I. τῶν μὲν φίλων τὸν φθόνον, quod minus placet. [O.]

4. Ὅταν τις ἐξίη etc.] Similiter Galenus de animi perturbationibus Cap. IV. Εἴτε καθ' ἐκάστην ἡμέραν σαυτὸν ἀναμνησκῆν ἄμεινον μὲν, εἰ πολλάκις, εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ πάντως γέ κατὰ τὴν ἑῷ, πρὶν ἀρχεσθαι τῶν πράξεων εἰς ἐσπέραν δὲ, πρὶν ἀναπαύεσθαι μέλλειν. Conf. Seneca Lib. III. de Ira Cap. IV. [Menag.]

3. Τὰς τῆς τύχης etc.] Haec sententia in editionibus Stobaei Theobuli, non Cleobuli, nomen adscriptum habet. Sed Cleobuli esse docet eadem sententia brevius expressa supra in Demetrii Phalerei collectione: Εὐποροῦντα μὴ ὑπερήφανον εἶναι, ἀποροῦντα μὴ ταπεινοῦσθαι. [O.]

ἀλλὰ γίνου μέτριος] Sic Gesnerus in marg. et Lycius. Antea: Ἀλλὰ γίνου ταπεινός etc. unde Jacobs. V. Cl. in Animadv. ad Euripidem et Stobaeum p. 297. corrigere voluit: ἀλλὰ γίνου ἱκανὸς ἐφ' ἐκατέρας τῆς τύχης, utrique te fortunae ferendae parem praebeas. ut Teles ait ap. Stobaeum p. 575. ἀράμενός ἐν μικροῖσι, ἀράμενός ἐν μεγάλοισιν. [O.]

10. Κοῦραι ἐξήκοντα] Sic Stobaeus. At Laertius: Παιδες ἔασι τριήκοντ' ἀνδρα εἶδος ἔχουσαι: quod in versione expressit Petavius. Male. Nam, ut taceam, primam in τριήκοντα esse brevem, dici non potest, ex triginta diebus mensis alios esse albos, alios nigros; sed ex sexaginta Mensis filibus aliae sunt al-



bae; nempe dies triginta, aliae nigrae, videlicet triginta noctes. Legendum itaque apud Laertium: *Παῖδες δὲ τριάκοντα.* [Menag.] Ceterum hoc elegantissimum Cleobuli aenigma imitatus videtur Schillerus in dramate Turandot, Werke Tom. XI. p. 405.

*Der Baum, auf dem die Kinder  
Der Sterblichen verblühn,  
Steinalt, nichts-desto minder  
Stets wieder jung und grün;  
Er kehrt auf einer Seite  
Die Blätter zu dem Licht,  
Doch kohlschwarz ist die zweite,  
Und sieht die Sonne nicht etc. [O.]*

## II. Solonis.

1. *Τέλος ὄραν* etc.] Euripides *Andromachē* v. 100.

*Χρηθ' οὔ ποτ' εἰπεῖν οὐδέν' ὄλβιον βροτῶν,*

*Ἦρην ἂν θανόντος τὴν τελευταίαν ἰδῆς.*

Croeso scribit Herodotus Lib. I. Cap. 32 et 86. et Plutarchus in Solone hoc praeceptum peculiariter esse datum a Solone, et profuisse illi quam plurimum, cum in summo vitae periculo esset constitutus. [Lyc.]

2. *Ἀνθρώπων βίον* etc.] Habetur talis sententia in Psalmo LXXXIX. (90.) v. 10. *Αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν ἡμῶν, ἐν αὐτοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη, εἰάν δὲ ἐν δυναστείαις, ὀγδοήκοντα ἔτη, καὶ τὸ πλεῖον αὐτῶν κόπος καὶ πόνος.* [Lyc.]

3. *Πᾶν ἐστὶν ἄνθρωπος συμφορῇ*] Melius Schweighaeuser. V. Cl. *Homo, quantus est, fortunae casibus est obnoxius.* [O.] Euripides: *Ὁ βίος ἀληθῶς οὐ βίος, ἀλλὰ συμφορά.* Cicero: *Homines nos esse meminerimus ea lege natos, ut omnibus telis fortunae proposita sit vita nostra.* [Lyc.]

4. *Τελευτῆσαι εὖ τὸν βίον*] Verba εὖ τὸν βίον, quae male omisit Lycius, addidi ex Herodoto. [O.]

7. *Ὁ μὲν λόγος* etc.] Alibi Laertius hoc ad Democritum refert. (*Λόγος ἔργου σκιῇ.* Vide supra Democriti Fragment. 180. O.) Quod autem subjicitur: *βασιλεὺς δὲ* etc., est, quale illud Ciceronis ex Euripide translatum: *Omniū reginā rerum oratio.* [Lyc.]

9. *Ὁ μὲν κόρος* etc.] Est versus Solonis citatus a Clemente Alexandr. Strom. VI, 2. (*Fragment. No. 29. ed. Fortlag. p. 410.*)

*Τίπτει γὰρ κόρος ἔβριν, ὅταν πολὺς ὄλβος ἔπηται.* [O.]

10. *Ἐκείνη ἀριστα* etc.] Cicero ad Brut. Ep. XV. *Solon,*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



ἀμάρτη] Isocrat. ἀμάρτοι. [O.]

27. Σπάνιον εἶσαγς etc.] Habet hanc sententiam et Isocrates ad Demonicum §. 23. Τὰς ἐντεύξεις μὴ πυκνὰς ποιῶ τοῖς αὐτοῖς, μηδὲ μακρὰς περὶ τῶν αὐτῶν πλησμονὴ γὰρ ἀπάντων. [Lyc.]

29. Τέλλος, ἔφη etc.] Pluribus hanc historiam referunt Herodotus Lib. I. Cap. 31. et seq. Plutarchus in Solone, Ausonius in Ludo VII Sapientum et Tzetzes Chil. V. Hist. VI. [Menag.]

30. μυρίῳ καλλίονι] Puto legendum καλλονῆ. [Lyc.] Sed bene habet vulgatum μυρίῳ καλλίονι, scil. ἄνθει. mille fois plus beau, ut bene explicat Menag. [O.]

31. κατὰ πατροκτόνου] Cicero pro Sexto Roscio Amerino. Solo cum interrogaretur; cur nullum constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit, se id neminem facturum putasse. Refert tale quiddam Plutarchus in Romulo: ἴδιον δὲ τὸ μηδεμίαν δίκην κατὰ πατροκτόνων ὀρίσαντα πᾶσαν ἀνδροφονίαν πατροκτονίαν προσειπεῖν, ὡς τούτου μὲν ὄντος ἐναργοῦς, ἐκείνου δὲ ἀδυνάτου. [Lyc.] Paulo aliter hoc Apophthegma apud Anton. Meliss. Serm.: περὶ παίδων τιμῶντων γονεῖς. — Σόλων ἐρωτηθεὶς, ἵδια τί κατὰ τῶν τυπτόντων τοὺς πατέρας ἐπιτίμιον οὐχ ὤρισεν, ἔφη, ὅτι οὐχ ὑπέλαβον, τοιοῦτους τινὰς ἔσεσθαι. [O.]

διὰ τὸ ἀπελπίσαι] i. e. quod nunquam crederet, hoc scelus committi posse ab hominibus. ἀπελπίζειν, nicht möglich halten. Sic ἔλπις de expectatione futuri, sive boni, sive mali. [O.]

32. πῶς ἤκιστα ἀδικοῦσιν etc.] Paulo aliter ap. Plutarch. in vita Solonis (Opp. Tom. I. p. 88.): Ἐρωτηθεὶς, ἥτις οἰκεῖται κάλλιστα τῶν πόλεων. Ἐκείνη, εἶπεν, ἐν ἣ τῶν ἀδικουμένων οὐχ ἦττον οἱ μὴ ἀδικούμενοι προβάλλονται καὶ κολάζουσι τοὺς ἀδικούντας. Conf. Stob. Serm. XLI. et (infra) Plutarch. in Sympos. VII Sapient. [O.]

33. Δακρύων τὸν παῖδα etc.] Stobaeus paulo aliter Serm. 121. de luctu: Σόλων ἀποβαλὼν υἱὸν ἐκλαυσεν· εἰπόντος δὲ τινος πρὸς αὐτὸν, ὡς οὐδὲν προύργου ποιεῖ κλαίων δι' αὐτὸ γὰρ τοι τοῦτο, ἔφη, κλαίω. [Lyc.]

37. ὧν ἂν προσεδέξαντο] Male Lycius: quas quidem acceperunt, non attendens scil. ad ἂν potentiale. [O.]

38. Τῆς Πεισιστράτου etc.] Attingitur a Cicerone de Senectute. Ita autem exponitur a Plutarcho in libro An seni gerenda sit respublica. [Lyc.] Paulo aliter eadem historia narratur a Plutarcho in Vit. Solon. p. 96. [O.]

βοηθεῖν τοὺς πολίτας] Plutarch. in Solon. βοηθεῖν τῇ πατρίδι καὶ τοῖς νόμοις. [O.]

πέμψαντός δὲ Πεισιστράτου] Aliter Plutarchus in Solon. ἐπὶ τούτοις δὲ πολλῶν νοθευόντων αὐτὸν ὡς ἀποθανούμηνον ὑπὸ τοῦ τυράννου, καὶ πυνθανομένων, τίνε πιστεύων οὗτος ἀπονοεῖται, τῷ γήρα, εἶπεν. [O.]

39. Προσπύσαντος etc.] Fontem hujus Apophthegmatis hactenus frustra quaesivi. [O.]

ἐγὼ δὲ ἀνάσχωμαι] Legendum: ἐγὼ δ' οὐκ ἀνάσχωμαι, signo interrogationis posito. [O.]

ἵνα ἄνθρωπον ἀλιεύσω] Notanda haec phrasis in N. Testamento obvia Matth. VI, 20. ubi vid. Wetsten. Tom. I. pag. 277. [O.]

40. Ἐάν τις etc.] Lex Romana: *Liberi parentes alant aut vinciantur.* [Lyc.] Conf. Aeschin. adv. Timarch. pag. 175. A. ed. Hier. Wolf. [Stanlej.]

41. Τίῳ τρέφειν] Galenus *Προτρεπτ.* ad art. Cap. VIII. inquit. Ἐπαινέση δ' ἄν τις καὶ τὸν Ἀθήνησι νομοθέτην, ὃς τὸν μὴ διδάξαντα τέχνην ἐκώλυε πρὸς τοῦ παιδὸς τρέφειν. ubi vid. Willet pag. 95. et seq. Conf. Aelian. Hist. Anim. Lib. IX. C. 1. [O.]

42. Ὁ ἀργός etc.] Herodotus Lib. II. (Cap. 177.) scribit, Amasidem tulisse legem Aegyptiis, qua cogerentur singulis annis apud provinciarum praesides planum facere, unde victus illis suppeteret, et qui hoc non fecisset, aut honestis rationibus victum se quaerere non docuisset, is morte mulctaretur: atque hanc legem ait Solonem ab Aegyptiis acceptam etiam Atheniensibus scripsisse. Id quod obiter libuit indicare, cum legem eam nondum repererim. [Lyc.]

43. Ὁ ἡταιρηκὼς etc.] Vid. Aeschin. in Timarch. p. 175. A. [Stanlej.] vert. *Muliebria passus, cinaedus*, ut recte explicat Menagius. [O.]

44. Ὁ ἐπίτροπος etc.] Hac scil. lege cautum fuerat, ne pupilla tutori aut ejus filio nuberet, ut observant, Syrianus et Marcellinus ad Hermogenem. [Stanlej.]

46. Δακτυλιογλύφῳ etc.] Ratio hujus legis erat, ne posset ὁ δακτυλιογλύφος alio facto simili annulo signatorio fraudem ei facere, cui priorem vendidisset. [O.]

τὴν τοῦ πραθέντος] Sic edidi. Laertius omittit τὴν. Lyc. τὴν πραθέντος. [O.]

47. Ἐάν ἕνα] Vid. Aristotel. Rhet. Lib. I. Cap. VII. [Menag.]

48. Ἄ μὴ ἔθου etc.] Gellius a Laertio de furti poena dissentit Noct. Att. Lib. II. Cap. XVIII. ubi inquit: *Solon sua lege in fures, non, ut Draco ante, mortis, sed duplici poena vin-*

*dicandum existimavit.* Meminere de hac lege, sine tamen mentione et auctoris et poenae, Plato Lib. II. Leg. et Aelianus V. Hist. Lib. IV. Cap. I. [*Lyc.*]

50. Ὁ ἐν στάσει etc.] Hanc legem Plutarchus in Solone ita explicat: Βούλεται δ', ὡς ἔοικε, μὴ ἀπαθῶς μηδ' ἀναισθήτως ἔχειν πρὸς τὸ κοινὸν, ἐν ἀσφαλεῖ θίμενον τὰ οἰκίαια καὶ τῷ μὴ συναλγεῖν μηδὲ συννοσεῖν τῇ πατρίδι καλλωπιζόμενον, ἀλλ' αὐτόθεν τοῖς τὰ βελτίω καὶ δικαιοτέρα πράττουσι προθέμενον συγκινδυνεύειν, καὶ βοηθεῖν μᾶλλον ἢ περιμένειν ἀκινδύνως τὰ τῶν κρατούντων. Idem disputat contra hanc legem prolixè πολιτικοῖς παραγγέλλμ. non longe a fine et alibi exemplum ipsius Solonis contrarium recitat, quod et subjiciendum duxi. Λιὸ βελτίονα Σόλων ἔλαβεν ἀρχὴν, διαστώσης εἰς τρία μέρη τῆς πόλεως, τὸ τῶν Λιακρίων λεγομένων, καὶ τὸ τῶν Πεδιέων, καὶ τὸ τῶν Παραλίων. οὐδενὶ γὰρ ἐμμίξας ἑαυτὸν, ἀλλὰ κοινὸς ὦν πᾶσι, καὶ πάντα λέγων καὶ πράττων πρὸς ὁμόνοιαν, ἠρέθη νομοθέτης ἐπὶ τὰς διαλύσεις καὶ κατέστησεν οὕτω τὴν ἀρχὴν. Sed valde commoda est legis Solonis interpretatio apud Gellium Lib. II. Cap. XII. De poena dissentit ab aliis Cicero ita scribens ad Atticum Lib. X. Epist. I. *Ego vero Solonis, popularis tui et, ut puto, etiam mei, legem negligam, qui capite sanxit, si quis in seditione non alterutrius partis fuisset.* [*Lyc.*]

52. Παντὶ λαβεῖν etc.] Plutarchus: Πληγέντος ἑτέρου καὶ βλαβέντος καὶ βιασθέντος ἐξῆν τῷ δυναμένῳ καὶ βουλομένῳ γράφεσθαι τὸν ἀδικοῦντα καὶ διώκειν, ὀρθῶς ἐθίζοντος τοῦ νομοθέτου τοὺς πολίτας ὡσπερ ἑνὸς μέρους συναισθάνεσθαι καὶ συναλγεῖν ἀλλήλοις etc. Ex hac autem lege Solonis orta lex XII Tab. *Proletario civi. quivis volet vindex esto.* quae habetur apud Gellium Lib. XVI. Cap. X. [*Idem.*]

53. Τὸν τεθνηκότα etc.] Plutarchus: Καὶ γὰρ ὅσιον τοὺς μεθεστώτας ἱεροῦς νομίζειν, καὶ δίκαιον ἀπέχεσθαι τῶν οὐχ ὑπαρχόντων, καὶ πολιτικὸν ἀφαιρεῖν τῆς ἐχθρας τὸ ἀίδιον. [*Idem.*] Hinc tritum illud: *De mortuis et absentibus nil nisi bene,* quod pluribus veterum scriptorum locis illustrat Crenius ad Camerar. Lud. VII Sapient. p. 120. [*O.*]

54. καὶ ἀρχείοις] *apud principia.* Plutarchus in vita Galbae imp. (ubi de Ovini intemperantia loquitur) καὶ διέφθειρέν ἐν τοῖς ἀρχείοις, ἃ πριγκίπια καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Gellius Lib. V. Cap. XII. ex Oratione C. Gracchi: *In convivio liberi vestri modestius erant, quam apud principia.* Liv. Lib. VII, Dec. I. *Nec in circulis modo fremere, sed jam in principis ac praetorio sermones in unum confundi* etc. Ita autem dictus est locus in castris praetorio pro-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Know Your Bible

Forgotten Books'  
Full Membership  
provides unlimited  
access to more than  
28,000 volumes of  
Christian literature for  
\$8.99/month

**HOLY  
BIBLE**

**Continue**

\*Fair use policy applies

τὸν ὄντως, ὡς φασί, βίον κεχρημένον βίου, aut leniore mutatione: ἀπόλλυοι εἰς τὸν ὄντως, ὡς φασί, βίον κεχρημένον βίου. [O.]

10. Πρὸς τὸν ἀδελφὸν etc.] De Ephoris vid. Xenophon Lib. de Republ. Lacedaem. et Aristoteles II. Polit. [Lyc.]

ἐπίσταμαι ἀδικεῖσθαι] Huc pertinet illud Menandri:

Οἷτος κράτιστός ἐστ' ἀνὴρ, ὃ Γοργία, . . .

"Οοτις ἀδικεῖσθαι πλεῖστ' ἐπίσταται βροτῶν. [Menag.]

12. οἱ πεπαιδευμένοι etc.] Isocrat. ad Demonic. §. 72. fin. οἱ δίκαιοι τῶν ἀδίκων, εἰ μηδὲν ἄλλο πλεονεκτοῦσιν, ἀλλ' οὖν ἐλπιοῖ, γε σπουδαίαις ὑπερέχουσι. [Lyc]

16. Λυπουμένον etc.] Valerius Maximus (Lib. VII. Cap. II. ext. 2.) adscribit tale quid Soloni, quod et subjicere placuit. *Solon*, inquit, *cum ex amicis quendam graviter moerentem videret, in arcem perduxit, hortatusque est, ut per omnes subjectorum aedificiorum partes oculos circumferret. Quod ut factum animadvertit, Cogita nunc tecum, inquit, quam multi luctus sub his tectis et olim fuerint, hodieque versentur, in sequentibusque seculis sint habitaturi: ac mitte mortalium incommoda tanquam propria deflere. Qua consolatione demonstravit, urbes esse humanarum cladium consepta miseranda. Idem agebat, si in unum locum cuncti mala sua contulissent, futurum, ut propria deportare domum, quam ex omni miseriarum acervo portionem suam ferre mallent. Quo colligebat, non oportere nos, quae fortuito patiamur, praecipuae et intolerabilis amaritudinis judicare. [Idem.]*

18. Χίλων καλούμενος etc.] Sub Pittaci nomine edidit hoc Apophthegma Lycius ita vertens: *Quando invitabatur ad coenam, non prius condicebat, quam sciscitatus esset, qui praeterea invitati essent. Dicebat enim, navigationis socium et contubernalem ignotum ferendum, cum quibus una navigare et militare necesse esset; sed se ipsum inconsiderate adjungere convivis, non esse viri intelligentis. [O.]*

#### IV. Pittaci.

1. Τὸ ἥμισυ τοῦ παντός πλεῖον] Hesiodi versus "Erg. v. 40.

Νῆπιοι οὐδ' ἴσασι, ὅσω πλεον ἥμισυ παντός,

Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειρα.

quos Plato de Legg. Lib. III. Cap. X. ita exponit: Ἄρ' οὐκ ἀγνοήσαντες τὸν Ἡσίοδον ὀρθότατα λέγοντα, ὡς τὸ ἥμισυ τοῦ παντός πολλακίς ἐστὶ πλεον, ὅποταν ἢ τὸ μὲν ὅλον λαμβάνειν ζημιῶδες, τὸ δ' ἥμισυ μέτριον, τότε τὸ μέτριον τοῦ ἀμείνους πλεον ἡγησάμενον, ἀμείνον ὃν χείρονός. Praestare itaque Hesiodus et Periander

censent dimidium, si illo moderate utaris, toto, hoc est magnis divitiis, si luxu diffluas aut turpiter prodigas, vel potius omissis litibus praestare quietam possessionem dimidii, quam totius litibus quaerendam, praesertim si parce vivas. [*Graev. Lectt. Hesiod. Cap. II. p. 513. ed. Loesner.*] Similis plane Salomonis sententia Proverb. XV, 16. 17. *Κρείσσων μικρὰ μέρη μετὰ φόβου Κυρίου ἢ θησαυροὶ μεγάλοι μετὰ ἀφοβίας. Κρείσσων ξενισμὸς λαχάνων πρὸς φίλιαν καὶ χάριν, ἢ παράθεις, μόσχων μετ' ἐχθρας.* Alias proverbii hujus explicationes non tango. Vide tamen Schott. Adag. ex Suida Cent. VII, 53. pag. 438 seq. et quos citat Ast. V. Cl. ad Platon. l. l. et *Πολιτ. Lib. II. Cap. XVII. p. 426.* [O.]

2. *Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι*] Citat hoc Pittaci dictum Plato in Protagora Cap. 73. ita:

*Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι,  
Θεὸς ἂν μόνος ἔχοι τοῦτο γέρας.*

ubi vid. Heindorf. pag. 569. [O.]

3. *Ἀρχὴ ἄνδρα δεικνύει*] Bianti tribuit hoc Apophthegma Aristoteles Ethic. Nicom. Lib. V. Cap. 3. Sophocles Soloni, ut discimus ex Harpocrate in *Σιμωνίδης*, ubi illud tribuit Simonidi; ut et Plato de Legg. Lib. V et VII. Conf. Diogenian. Adag. III, 94. [*Menag.*]

4. *Ἀνάγκη* etc.] Alibi hoc Simonidi tribuitur. [*Lyc.*] Quod postea in proverbium abiit. Vid. Zenob. I, 85. [*Menag.*]

7. *δίκαιον*] Sic C. Gesner. in marg. Edd. *δίκαιος*. [O.]

8. *Συνετῶν* etc.] Stobaeus paulo aliter Serm. CVI. *Πιττακὸς συνετῶν μὲν ἀνδρῶν εἶπεν ἔργον, ἵνα μὴ γένηται, κωλύσαι ἀνδρείων δὲ, γεγόμενα φέρειν ἐγκρατῶς.* [*Lyc.*] Cicero in Epist. ad Brut. *Neque metuum quidquam et cavebo omnia.* [*Menag.*] Scolion est in *Analectis Brunckii Tom. I. pag. 154.*

*Συνετῶν ἐστὶν ἀνδρῶν,  
Πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ,  
Προνοῆσαι, ὅπως μὴ γένηται,  
Ἀνδρείων δὲ γεγόμενα εὖ θέσθαι.* [O.]

9. *Ἐχοντα δεῖ*] Al. *Ἐχοντα χρεῖ.* [O.]

*κραδίη*] *Lyc. κραδίην.* [O.]

10. *Τῶν μὲν ἀγρίων* etc.] Plutarchus in Symposio adscribit hoc Pittaco; sed in libello Quo pacto possis adulatorem ab amico discernere, Biantis nomine citat. [*Lyc.*]

11. *Τῷ μεθύοντι*] Meminit de hac lege Aristoteles Lib. II. Polit. Cap. ult. et Lib. II. Rhetor. ad Theodect. Cap. XXV. et Plutarch. in Sympos. [*Idem.*]

*διπλῆ ζημία*] Plutarch. l. l. *διπλασία ἢ τῷ νήφοντι.* [*Idem.*]



12. Διδόντος] Vert. dare volente, offerente. Vide quae observavimus ad Chion. Epist. X. Mennon. pag. 285 seq. [O.]. Meminit hujus Apophthegmatis et Plutarchus libro περι φιλαδελφίας: Οἷόν ἐστι καὶ τὸ τοῦ Πιττακοῦ πρὸς τὸν βασιλέα Λυδῶν πυνθανόμενον (lege πρὸς τοῦ βασιλέως Λυδῶν πυνθανομένου. O.), εἰ χρήματά ἐστιν αὐτῷ διπλάσια, εἶπεν, ἢ ἐβουλόμην, τοῦ ἀδελφοῦ τεθνηκότος. [Menag.]

εἰπὼν ἔχειν ὧν ἐβούλετο etc.] χρυσοῦ γὰρ οὐ δεόμεθ', ἀλλ' ἂν ἴπαμαι, ἄρκια καὶ τοῖς ἐμοῖς ἐταίροις, scribit ipse Pittacus ad Croesum in Epistola a Laertio Lib. I. §. 82. servata, si genuina est. [O.]

13. Τῶν Κυμαίων etc.] Stobaeus aliter hoc recitat Serm. XIX. Ἀδικηθεῖς ὑπὸ τινος καὶ ἔχων ἐξουσίαν κολάσαι ἀφῆκεν, εἰπὼν· Συγγνώμη τιμωρίας ἄμεινον· τὸ μὲν γὰρ ἡμέρου φύσεώς ἐστι, τὸ δὲ θηριώδους. [Lyc.]

φονεῖα] scil. τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, Τυρρῶλου, ὃν καθήμενον ἐπὶ κουρείου ἐν Κύμῃ χαλκεὺς τις πέλεκυν ἐμβαλὼν ἀνεῖλε, ut narrat Laertius Lib. I. §. 76. quodque Lycius non debebat omisisse. [O.]

14. Τοῦ ποικίλου etc.] Alluisse videtur ad Atheniensium ἄξονας. — Οὕτως ἐκάλεσαν Ἀθηναῖοι τοὺς Σόλωνος νόμους, διὰ τὸ ἐγγραφῆναι αὐτοὺς ἐν ξυλίνοις ἄξοσιν· ἦσαν δὲ τετράγωνοι τὸ σχῆμα Suidas. [Lyc.] Distinguendi ἄξονες a κύρβεσι, quae crant trigonae et lapideae, teste Harpocrate. Conf. Ammonius h. v. ibique Valckenacr. ὁ πᾶνν pag. 18. et Salmasius de Mod. usur. Cap. III. pag. 98—104. [O.]

17. Ἐπίθετο etc.] Ita Stobaeus Serm. "Ὅτι κάλλιστον γάμος. Gellius Lib. V, 11. refert ad Biantem. Laertius Lib. VI. adscribit Antistheni, [Lyc.]

18. εἰ λανθάνει] Theo Sophista hoc Pittaco tribuit. Valerius Maximus Lib. VII. Cap. VII. et Laertius I, 36. Thaleti, his verbis: Ἡρώτησέ τις αὐτὸν, εἰ λήθοι θεοῦς ἄνθρωπος ἀδικῶν· Ἀλλ' οὐδὲ διανοούμενος, ἔφη. [Idem.] Pittaci illud sive Thaletis ex Ethnicis etiam enuntiat Sallustius Orat. II ad Caesar. circa finem: Namque mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam divino numine invisī, neque bonum neque malum facinus cujusquam pro nihilo haberi, sed ex natura diversa praemia bonos malosque sequi. [Crenius.]

19. ἡ γυνή] Εὐγενεστέρα γὰρ αὐτῷ οὔσα ἡ γυνή, ἐπειδήπερ ἦν Δράκοντος ἀδελφή τοῦ Περθίλου, σφόδρα κατεσοβαρεύετο αὐτοῦ; refert Laertius Lib. I. §. 81. [O.]

20. αὐτὸ δὲ τοῦτο] hoc unum, solum. Vide, qui de hac lo-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



*Istorum sequitor vestigia. Ut ille propinque  
Astitit, isti ajunt: Heus tibi sume parem.  
Hospes, ut haec audit, majorem attingere stirpem  
Noluit, auscultans, parvula turba, tibi.*

15 *Atque domum tenuem deduxit, ut ille, puellam,  
Dixerat. - Heus abiens tu quoque duce parem.*

Idem monet Ovidius Epist. IX. Heroid. v. 32.

*Si qua voles apte nubere, nube pari. [O.]*

### V. Thaletis.

1. Θεῶν πλῆα πάντα] Cicero *Il. de Legg. (Cap. 11.)*  
*Thales, qui sapientissimus e septem fuit, dixit homines existi-*  
*mare oportere, deos omnia cernere, deorum omnia esse plena: fore*  
*enim omnes castiores etc. [Lycius.] Pythagorae eandem senten-*  
*tiam tribuit Laertius Lib. VIII. §. 32. [O.]*

2. Οὐτι τὰ πολλὰ etc.] *Locus corruptus, cujus partem*  
*ita restituebat Jos. Scaliger:*

*Οὐτι τὰ πολλ' ἔπα φρονίμην ἀπεφήνατο δόξαν.*

*Ἐν τι μάτευσ σοφόν, ἐν δέ τι κεδνόν ἐλοῦ*

*..... λύσεις ..... γὰρ ἀνδρῶν .....*

*Κωτίλων γλώσσας τὰς ἀπεραντολόγους. [Menag.]*

*μάτευε] Male Lycius μάντευσ, haec annotans: „Suspicio*  
*„legendum μάνθανε. Nam secundum Hipponis versum πολυμα-*  
*„θημοσύνης τῆς οὐ κενεώτερον ἄλλο.“ Immo unice verum μάτευε*  
*a ματεύω sive μαστεύω, quaero, investigo. [O.]*

3. Πρεσβύτατον etc.] *Conf. Laert. I. §. 35. [O.]*

*Μέγιστον] Haec non paulo clarius apud Plutarchum enun-*  
*ciantur. Τί μέγιστον; τόπος. ἄλλα μὲν γὰρ ὁ κόσμος, τὸν δὲ κόσμον*  
*οὗτος περιέχει. [Stanlej.]*

*Τάχιστον νοῦς] Hinc illud apud Homerum, Hesiodum et*  
*Orpheum in Hymno Eumenidum I. (pag. 338. Herman.) ὠκύδρο-*  
*μοι οἷστε νόημα, et apud Xenophontem θᾶττον νοήματος. [Is. Cas-*  
*saub.] Egregie in hanc sententiam Hallerus noster:*

*Die schnellen Schwingen der Gedanken,*

*Wogegen Zeit und Schall und Wind*

*Und selbst des Lichtes Flugel langsam sind. [O.]*

*Σοφώτατον χρόνος] Aristoteles Physic. Lib. IV. Cap.*  
*XIII. Ἐν δὲ τῷ χρόνῳ πάντα γίνεται καὶ φθείρεται, διὸ καὶ οἱ μὲν*  
*σοφώτατον ἔλεγον· ὁ δὲ Πυθαγόρειος Πάρων ἀμαθέστατον, ὅτι καὶ*  
*ἐπιλανθάνεται ἐν τούτῳ, λίγων ὀρθώτερον. [Menag.]*

*καὶ γὰρ τὰ πλεῖστά] Stobaeus Serm. III. καὶ γὰρ τὰ*  
*χρηστά, quod Lycius in versione expressit. [O.]*

ἔπει πρὸς ἡδονάς γε etc.] Suspectum hoc de mendo: quomodo autem legendum putem, versio nostra indicat. [Lyc.] Videtur scil. legisse: ἐπεὶ πρὸς ἡδονάς γε, πολλάκις ἄδην ἔχουσιν. [O.]

ἀπαγορεύουσιν] Ἀπαγορεύειν, ἀπειπῆν, ἀπειρηκέναι, ἀπαυδᾶν propria verba de iis, qui laboribus ac periculis aliisque rebus molestis fatigati et victi succumbunt animumque despondent. Vid., qui nubem exemplorum conguessit, Petr. Faber Agonist., I. C. 8. et Hemsterh. ad Lucian. Dial. Deor. XXIV. p. 327. Tom. II. ed. Bipont. [O.]

4. ἀμήχανα] ἄπορα, inexplicabilia. Sic ἀμήχανοι ὄνειροσ ap. Homer. Odys. T. (560.) πρὸς οὓς οὐκ ἔστι κρίσιν τινὰ ὠρισμένην μηχανήσασθαι. Eustath. p. 1878. [Lyc.]

6. Τῆς μητρὸς] Idem habet Stobaeus Sern. LXVI. "Ὅτι οὐκ ἀγάθον τὸ γαμεῖν. [O.]

εἶτα ἐπεὶ παρήβησεν] Stob. εἶτα προβάς. [O.]

7. διὰ τὸ ζῆν etc.] Ita Stobaeus l. l. Laertius autem διὰ ἀφιλοτεκνίαν. Videtur hinc ortus proverbialis versus:

Ἀυθαίρετος λύπ' ἐστὶν ἢ τέκνων σπορά. [Lyc.]

Alii ap. Laertium legunt διὰ φιλοτεκνίαν, putantes Thaletem respexisse ad dolorem, quem mors liberorum parentibus affert. [O.]

8. Βουλόμενος etc.] Aristoteles Lib. I. Polit. Cap. VII. sed idem multo elegantius recitat: Ὀνειδιζόντων αὐτῷ (Θαλῆ) διὰ τὴν πενίαν ὡς ἀνωφελοῦς τῆς σοφίας οὕσης, κατανοήσαντά φασιν αὐτὸν ἐλαιῶν φορὰν ἐσομένην ἐκ τῆς ἀστρολογίας, ἔτι χειμῶνος ὄντος, εὐπορήσαντα χρημάτων ὀλίγων ἀρῶραβῶνας διαδοῦναι τῶν ἐλαιουργείων τῶν τ' ἐν Μιλήτῳ καὶ Χίῳ πάντων, ὀλίγου μισθωσάμενον, ἅτ' οὐδενὸς ἐπιβάλλοντος. Ἐπειδὴ δ' ὁ καιρὸς ἦκε, πολλῶν ζητούμενων ἅμα καὶ ἐξαίφνης, ἐκμισθοῦντα ὃν τρόπον ἠβούλετο, πολλὰ χρήματα συλλέξαντος (leg. καὶ πολλὰ χρήματα συλλέξαντα. O.) ἐπιδείξαι, ὅτι ῥαδίον ἔστι πλουτεῖν τοῖς φιλοσόφοις, ἂν βούλωνται, ἀλλ' οὐ τοῦτ' ἔστι, περὶ ὃ σπουδάζουσι. Attingit etiam Cicero I, 49. Plinius Hist. Nat. Lib. XVIII. Cap. XXVIII. tale quid narrat de Democrito. *Ferunt Democritum, inquit, qui primus intellexit ostenditque cum terris coeli societatem, spernentibus hanc curam ejus opulentissimis civium, praevisa olei caritate ex futuro Vergiliarum ortu, qua diximus ratione ostendimusque jam plenius, magna tum utilitate propter spem olivae coemisse in toto tractu omne oleum, mirantibus, qui paupertatem et quietem doctrinarum ei sciebant imprimis cordi esse; atque ut apparuit causa et ingens divitiarum cursus, restituisse mercedem anxiae et avidae dominorum poenitentiae, contentum ita probasse, opes sibi in facili,*

*cum vellet, fore.* 'Ελαιουργεῖα sunt hoc loco, ut conjicio, non tantum oliveta, quae et oleta dicuntur, id est, loca oleis consita, sed etiam cellae oleariae et instrumenta ad expressionem olei pertinentia, ut trapeta, molae oleariae etc. de quibus Cato de re rustica et Columella. [Lyc.]

12. 'Ηρώτησέ τις] Vide supra Pittac. Sent. 18. [O.]

14. ὑποτίθεισθαί] *praecepta, consilia dare.* Hinc ὑποθήκη. [O.]

Τί δύσκολον] Menag. conj. τί δὲ καινόν, quod magis placet. Quanquam ferri possit δύσκολον, scil. εὔρειν. Supra in Pittac. No. 15., ubi idem Apophthegma, legitur τί παράδοξον. [O.]

## VI. Biantis.

1. ἐν πόλει αἴκε μένης] αἴκε corruptum videtur Menagio. Vir doctus apud cum leg. conj. ἐν πόλει αἴ κε μένης, in quacunque urbe commoraris, ut vertit etiam L. Lycius. Ipse Menagius ἐν πόλει αἰκεῖ μένης, in civitate afflictata maneat, patriam afflictatam ne deseras, cui vero interpretationi obstant sequentiā verba. Joach. Kuehnus defendit αἴκε doricum pro εἴκε, ut in Theocriti Idyll. V, 61. si in urbe maneat, commoreris, quod retinui. [O.]

πλείσταν γὰρ etc.] Nam ἡδὺς ἀγανόφρων κικλήσκειται ἐν πολιήταις. [Kuehn.]

ἐξέλαμψεν] Bene Lycius: calamitatum velut ignem excitavit. [O.]

5. Ἄλλοτριων, κακῶν etc.] Male hanc sententiam Lycius disjunctis videtur a praecedenti, cum qua conjuncta legitur apud Laertium: "Ελεγε — — νόσον ψυχῆς τὸ τῶν ἀδυνάτων ἐρεῖν, ἀλλοτριων δὲ κακῶν ἀμνημόνευτον εἶναι. Morbum animi dixit impossibilia appetere, nec recordari, quibus alii malis premantur vel quot rebus alii indigeant. [O.]

6. Οὕτω πειρῶ ζῆν] Ita Lycius ex Stobaeo. Aliter Laertius: Τὸν βίον οὕτω δεῖ μετρεῖν, h. e. victum sive vitae substantiam ita dispensare oportet. Respondent poetae Latini versus:

Divitis utare tuis tanquam moriturus,

Tanquam victurus parco divitis.

Fatendum tamen, et lectionem Lycii sensum praebere elegantissimum. Ceterum eandem sententiam dedimus supra in Democriti Fragmentis No. 126. Sed Biantii attribuit etiam Stobaeus Serm. V. [O.]

8. εἰκασί τοῖς ὄμμασι τῆς γλαυκός] Ridicule haec vertit Othmar. Nachtgall (Luscinius) in Sententis moralibus ex



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Know Your Bible

Forgotten Books'  
Full Membership  
provides unlimited  
access to more than  
28,000 volumes of  
Christian literature for  
\$8.99/month

**HOLY  
BIBLE**

**Continue**

\*Fair use policy applies

γὰρ μὴ τὰ ἀκερδέα κερδαίνειν. *Neque enim ea decet lucrari, quae non verum lucrum, sed damnum potius afferunt.* vel propius ad verba corrupta: δεῖ γὰρ τὰ μὴ κερδαίνοντα vel κερδανούντα κερδαίνειν, hoc sensu: *Lucrari oportet ea, quae te non lucrantur vel lucrabuntur, i. e. non sibi obnoxium facient: ut lusus quidam verborum sit, qualis in illo Aristippi dicto de Laide, ἔχω, οὐκ ἔχομαι.* vel tandem: δεῖ γὰρ τὰ κερδέα κερδαίνειν, *oportet lucrari ea, quae vere sunt utilia, verum lucrum afferunt, non imaginarium, ut divitiae.* [O.]

6. Ὡσπερ ὁ ἰὸς σίδηρον etc.] Egregie exponit hoc Apophthegmā Manuel Palaeologus in Praeceptis educationis regiae Cap. XXIII. pag. 46. ed. Basil. Ἴὸν μὲν σίδηρος τίκτει· μῖσος δὲ καὶ δόλον καὶ τὰ τοιαῦτα ψυχὴ ζηλότυπός τε καὶ φθονερά· ὁμοῦ δὲ ταῦτα λυμαινεται μὲν καὶ τοὺς ἐκτὸς ἔστιν ὅτε, καθόσον ἂν ἐκείνων καθάψαιτο· τοὺς δὲ τεκόντας αὐτοὺς οὐκ ἔσθ' ὅπως μὴ τῷ χρόνῳ παντελῶς ἀναλώσειεν, ἐντετηκότα διηνεκῶς, καὶ δρῶντα ἃ πέφυκε δρᾶν. ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν ἀκούσιον τὸ διαφθεῖρον αὐτόν· τοῦτο δ' οὐκ ἀγνοοῦσιν ἐπιφέρεται, καὶ διὰ τοῦτο χειρὸν τὸ καθ' ἡμᾶς καὶ σχεδὸν συγγνώμης οὐκ ἄξιον. γίγνεται γὰρ παραπλήσιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐθέλων ὄντινοῦν ἐμπρῆσαι τῶν ἐχθρῶν, καταδέξαιτο ξύλον γενέσθαι, καὶ δοθῆναι τῷ πυρὶ, ὥστε τὸν μισούμενον κατακαῦσαι. [O.]

ἐξαναψήξει] Lycius scribendum censet per ι; ἐξαναψήξει, ut sit sensus *conficit*, ad paryas quasi ψιχᾶς, reliquias, redigit. Sed fateor, me utrumque verbum frustra quaesivisse apud Grammaticos et Lexicographos. Ceterum praeferebam ἐξαναψήξειν. Hesyech. ψήξει — καταμύσσει, τρίβει, ξύει, σμύχει. Conf., qui de hoc verbo et composito καταψήξειν multus est, Pierson. in Verosimil. Lib. I. Cap. XI. pag. 152 seq. [O.]

7. ἡ ἐρυσίβη] De ἐρυσίβη, maxima segetum peste, vide Plin. Lib. XVIII. Cap. XVII. et XXVIII. Alii sententiam hanc Basilio adscribunt. [Lyc.]

8. Φθονέεσθαι etc.] Pindarus I. Hymn. Pyth. Κρείσσων γὰρ οἰκτιρῶν φθόνος. [Lyc.]

9. Ἐρωτηθεῖς, διὰ τί τυραννεύεις etc.] Paulo aliter Stobaeus Serm. XLI. Περίανδρος ἐρωτηθεῖς, διὰ τί οὐκ ἀποτίθεται τὴν ἀρχήν, εἶπεν, ὅτι τῷ κατ' ἀνάγκην ἄρχοντι καὶ τὸ ἐκουσίως ἀποστῆναι κίνδυνον φέρει. Exstat in hanc sententiam Epistola ad Demotelem inter Phalarideas (No. 81. ed. Lennep. O.), quam vide. Est enim elegantissima. [Menag.]

10. τί μέγιστον etc.] Isocrates ad Demonic. §. 73. fin. μέγιστον γὰρ ἐν ἐλαχίστῳ νοῦς ἀγαθὸς ἐν ἀνθρώπου σώματι. [Lyc.]

*Ad Apophthegmata VII Sapientum, ex Plutarcho*  
*Περὶ τῆς πολιτείας.*

προβάλλονται] Προβάλλεσθαι, *accusare, reum facere apud iudices.* Verbum forense. Λέξεις Ῥητορικά in Bekker. Anecdot. Graec. Tom. I. p. 288. Προβολὴ καὶ Προβάλλεσθαι: τὸ παράγειν εἰς τὴν ἐγκλησίαν τὸν βουλούμενον καὶ ἀποφαίνειν ὡς ἠδίκησεν, εἰ τις δοκοῖ ἄδικεῖν, καὶ τοὺς συγκοφάντας καὶ τοὺς περὶ τὰ μυστήρια ἢ Διονυσία ἀδικούντας, καὶ τοῦτο καλεῖται προβολὴ καὶ προβάλλεσθαι. Conf. Harpocration. h. v. [O.]

*In Anacharsidis Apophthegmata.*

2. Πρὸς τὴν Σόλωνος etc.] Eadem narrat Plutarchus in Solone: Ἀνάχαρσιν μὲν εἰς Ἀθήνας φασὶν ἐπὶ τὴν Σόλωνος οἰκίαν ἐλθόντα κόπτειν, καὶ λέγειν, ὡς ξένος ὢν ἀφίεται φιλίαν ποιησόμενος καὶ ξενίαν πρὸς αὐτὸν ἀποκρινόμενον δὲ τοῦ Σόλωνος, οἴκοι βέλτιόν ἐστι ποιεῖσθαι φιλίας οὐκ οὖν, φάναι τὸν Ἀνάχαρσιν, αὐτὸς ὢν οἴκοι σὺ ποίησαι φιλίαν καὶ ξενίαν πρὸς ἡμᾶς. οὕτω (δὴ θανάμασαντα τὴν ἀγχίνοιαν τοῦ ἀνδρὸς τὸν Σόλωνα δέξασθαι φιλοφρόνως etc. [Aldobrand.] Conf. Aelian. Var. Hist. Lib. V. Cap. VII. et Tzetz. Chil. IV, 19. [O.]

νῦν αὐτὸς etc.] Ego nunc domi sum dicere voluit Anacharsis, cui, scil. patria sit non Scythia, sed totus terrarum orbis. Aliter cepit haec verba Plutarchus ad Solonem referens. [O.]

εἰσέφρησεν] admisit, ab εἰσφρέειν, i. q. εἰσφέρειν, *intus admittere.* Alii εἰσέφρησεν nullo sensu. [Menag.] Suidas: Εἰσέφρησα — εἰσέδουσα ἑαυτὸν. καὶ Εἰσέφρησας, εἰσῆγαγεσθαι καὶ Εἰσφρήσας, εἰσελθόντων. Conf. Wagner. ad Alciphron. Lib. III. Epist. LIII. pag. 171. et Arnald. Misc. Obs. Tom. V. p. 292. [O.]

3. Ἐρὼ τῆς θείας, τί ἐστίν etc.] Est Aesopi dictum. Biantii attribuitur a Plutarcho in Convivio. (vid. supra Biantis Fragm. 23.) At Pittacum id ipsum dixisse narrat idem Plutarchus libro de Garrulitate et Proclus ad Hesiod. *Erg.* Lib. II. [Menag.]

4. Γλώσσης etc.] Clemens Alex. Strom. Lib. V. Ἀνάχαρσιν δὲ τὸν Σκύθην φησὶ (Φερεκύδης ὁ Σύριος) καὶ αὐτὸν κοιμώμενον κατέχειν, τῇ μὲν λαίᾳ τὰ αἰδοῖα, τῇ δεξιᾷ δὲ τὸ στόμα ἀνιπτόμενον, δεῖν μὲν ἀμφοῖν, μείζον δὲ εἶναι γλώσσης κρατεῖν ἢ ἡδονῆς. [Menag.] Idem Apophthegma habent Antonius et Maxim. Serm. περὶ σιωπῆς καὶ ἀπορρήτων his verbis: Ἀνάχαρσις ἐστιαθεὶς παρὰ Σόλωνι καὶ κοιμώμενος ὤφθη τὴν μὲν ἀριστερὰν χεῖρα τοῖς μορλοῖς,



τὴν δὲ δεξιὰν τῷ στόματι προσκειμένην ἔχων· ἐγκρατεστέρου γὰρ ὤφειτο χαλινῷ δεῖσθαι τὴν γλῶτταν. [O.]

5. ὕδωρ οἷσις] Menagius intelligit de aqua intercute. Mihi magis placet Joach. Kühnii explicatio: *aquam feres*, tanquam servus scil., pecunia per luxum et crapulam effusa in mendicitatem delapsus. [O.]

6. Κίρνα μένον etc.] Vide simillimam vel potius eandem sententiam supra inter similitudines Pythagoreorum No. 107. quam et ipsam Anacharsidi attribuit Laertius I, 103. [O.]

7. Ἐρωτηθεῖς etc.] Hoc dictum a Plutarcho ita refertur in Convivio (p. 150.): *ἠρώτησεν* ("Αρδαλος), *εἰ παρὰ Σκύθαις αὐλητρίδες εἰσὶν· ὃ δ' ἐκ τοῦ παρατηχόντος, οὐδ' ἄμπελοι, εἶπεν.* Conf. Aristotel. Analyt. Poster. Lib. I. [Is. Casaubon.] Idem de India ab Anacharside dictum refert Strabo Lib. XV. pag. 694. [Stanley.]

8. Ἐρωτηθεῖς, πῶς οὐκ ἂν etc.] Eandem sententiam supra habuimus in Pythagoreis No. 47. In Anthologia Patavina alia est lectionis varietas: *Ἐρωτηθεῖς, πῶς ἂν τις μὴ μεθύσκοιτο· εἰ ὀρώη, ἔφη, τοὺς μεθύοντας, οἷα ποιοῦσιν* [O.] Auctor est Plutarchus in Lycurgo, morem Lacedaemoniis hunc fuisse, ut servi inebriarentur, uti scil. ebrietatis turpitudine ab ea juvenes ingenui deterrerentur. [Menag.]

9. ἀρχόμενοι μὲν ἐν μικροῖς πινόυσι] 'Notissimus' Graecorum mos, cujus meminit praeter Alexandrum Aphrodis. Problem. Lib. I, 80. et Athenaeum etiam Philo *περὶ μέθης.* Hinc notum, quid sit apud Ciceronem *Graecorum more bibere*, et (Verr. I, 26.) *proscere majoribus poculis.* [Is. Casaub.]

10. Τοὺς οὖν πλείοντας] Is. Casaubonus mavult *πλείονας*, quo vocabulo Polybius et alii vita functos designabant. Sed vulgatam bene tuetur Menagius apposite citans scriptorem Axiochi §. 11. *Ἀλλὰ τὸν πλατικὸν καταλεξώμεθα περαιούμενον δια τοσῶνδε κινδύνων, καὶ μήτε, ὡς ἀπεφήνατο Βίας, ἐν τοῖς τεθνηκόσιν ὄντα, μήτε ἐν τοῖς βιοῦσιν.* [O.]

11. τέτταράς δ' ἠὲ τὸν λιόντες] Juvenalis Sat. XII. v. 57.

*I nunc et ventis animam committe, dolato*

*Confisus ligno, digitis a morte remotus*

*Quatuor, aut septem, si sit latissima taeda.* [Menag.]

τοσοῦτον τοῦ θανάτου] Publius Syrus Mim.

*A morte semper homines tantundem absumunt.*

ubi vid. Jos. Scaliger. [Idem.]

12. Ὀνειδιζόμενος etc.] Idem tradit Galenus in Protrept. Cap. III. [Menag.]

13. ἐν ταῖς καπηλείαις] Interpres Latinus Laërtii ver-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



IV, 76. Ξενικοῖσι νομαίοισι, καὶ οὗτοι (οἱ Σκύθαι) αἰνῶς χρῆσθαι  
φύγοισι, μὴ τί γε ὦν ἀλλήλων, Ἑλληνικοῖσι δὲ καὶ ἥμισυ. [O.]

τοξενθεῖς etc.] Sagittis Anacharsim a fratre confixum ex  
Herodoto l. l. dicit Laertius: in venatione autem non ex Herodoto,  
qui tradit in nemore externis sacrificiis (matris deum) operam  
dantem et Saulio Scytharum regi fratri a quodam Scytha indi-  
catum. [O.]

Διὰ μὲν τὸν λόγον ἐκ τῆς [Ἑλλάδος σωθῆναι]  
Secutus in his sum cum versionem tum explicationem Ign. Ros-  
sii in Commentatt. Laertianis pag. 25. seq. ἐκ τῆς Ἑλλάδος con-  
jungendum cum λόγον: ob Graecum sermonem, seu quem cum  
Graecis et a Graecis habuisset, vel potius ob literas (philoso-  
phiam praecipue), quam a Graecis accepisset, σωθῆναι, se liberatum,  
salvum factum fuisse (sensu scil. morali, a vitiis et affectibus).

„Et omnino, scribit Rossi, singularis quaedam vis et acumen in  
„hoc verbo inest, quod Anacharsis ad animum refert, quum  
„ἀπολέσθαι, quod illi opponitur, de corpore dicatur. Est idem,  
„ut arbitror, quod heic ait διὰ λόγον ἐξ Ἑλλάδος σωθῆναι, ac quod  
„ad Croesum scribit: ἀλλ' ἀπόχρη με ἐπανήκειν εἰς Σκύθας  
„ἄνδρα ἀμείνονα. et quod de eodem Lactantius Instit. Lib. III.  
„Cap. XXV. qui philosophiam ne somniasset quidem, nisi et lin-  
„guam et literas Graecas ante didicisset. Nec sane, quando in  
„Graeciam eruditionis ac doctrinae causa profectus est Ana-  
„charsis, in aliquod periculum incidisse, a quoquam traditum  
„est.“ [O.]

### In Mysonis Apophthegmata. [O.]

Μύσωνος] Diog. Laert. I, 106. Μύσων Στρούμωνος τὸ γένος  
Χηνεὺς, ἀπὸ κώμης τινὸς Οἰταϊκῆς ἢ Λακωνικῆς, οὗν τοῖς ἑπτὰ κα-  
ταριθμεῖται. [O.]

1. Μὴ ἐκ τῶν λόγων etc.] Similiter Theophrastus apud  
Stobaeum Serm. XXXVII. ὀλίγων οἱ ἀγαθοὶ νόμων δέονται· οὐ  
γὰρ τὰ πράγματα πρὸς τοὺς νόμους, ἀλλ' οἱ νόμοι πρὸς τὰ πράγμα-  
τα τίθενται. et Simplicius in Epicteti Enchiridion: Χρὴ τὰ ἔργα  
τὰ ὑπὸ τῶν λόγων παραδοθέντα ἐργάζεσθαι· τέλος γὰρ τῶν λόγων  
τὰ ἔργα, ὧν ἕνεκα καὶ οἱ λόγοι ἐρρήθησαν. [Menag.]

2. ἐπέτλην] stivam. Ita scil. appellabant postremam par-  
tem aratri, quam manu tenebat arator. Vid. Graev. Lectt. Hesiod.  
Cap. X. ad Eργ. 430. p. 559. éd. Loesner. Vossius ad Vir-  
gil. Georg. I, 174. Die buchene Sterze (stiva), einen Stiel, der von  
hinten durch den Krummel, in den Scharbaum ging, und ein Quer-

holz zum Handgriff hatte, (*manibula*) führte der Pflüger zur Lenkung des Pflugwagens, durch welchen die Pflugschar flach und tief gestellt werden konnte. [O.]

3. ἐπ' ἔρημίας] h. e. *solus cum esset, nemine comitante.* Nil amplius. Nam clare additur in urbe *Lacedaemone*. Quam phrasin non intelligentes Laertii interpretes male reddiderunt: *cum in loca deserta se subduxisset.* [Olear. ap. Stanley. p. 91.]

Διὰ αὐτὸ τοῦτο] *Ob hoc ipsum rideo, i. e. laetus sum.* Erat scil. *μισάνθρωπος*, ut ex Aristoxeno tradit Laertius. [O.]

### *Adami Schier et Editoris Annotationes in Vitam Secundi.*

Opusculum hoc, quamvis sit inepti hominis et plane barbari, nolimus tamen excludere ab hac collectione, ne quid, quod in Schierii editione continetur, in nostra desideraretur.

ἦν δὲ ἀκούων περὶ τῆς παραβολῆς ταύτης] Contextus videtur hunc sensum flagitare: *Audiebat, dum hic (apud magistrum scil.) commoraretur.* Annon legendum *παραμονῆς*? [O.]

βάκλον] *baculum (σκίπωνα).* Latina vox. [O.]

πῆραν περιφέρων] Alterutrum *περιφέρων* delendum censeo. [Schier.]

λαμβάνει οὗτος μέτατον ἐν τῇ ἰδίᾳ οἰκίᾳ] Aut corrupta haec verba et legendum *μεσώτατον, mediam, intimam aedium partem; den mittelsten Theil seines Hauses*, aut ineptus homo exprimere voluit latinam locutionem *metationem* vel *metatum* (quam formam licet frustra quaesiverim, in seculo tamen illo, quo scriptum fuerat hoc opusculum, in usu fuisse nullus dubito), i. e. *mansionem cepit, quasi, castra metatus est in sua domo.* [O.]

ἔπεμψεν αὐτὰς πρὸς δεῖπνον] Legendum videtur *ἔπεμψεν αὐτοῦς*, scil. *χρυσίνους*, quae formatio fuisse videtur recentioris Graecitatis pro *χρυσούς*, intell. *στατήρας*. [O.]

Τοῖς ὀφθαλμοῖς περιλάμπων] *oculis collustrans.* Inepta locutio. [O.]

ἐκοιμήθη ἕως πρωῒ] Videtur vox excidisse, qua significabatur, Secundum aversatum fuisse concubitum cum matre. Forte *νήφων ἐκοιμήθη* etc. *sobrius et sibi attentus abstinens a ro venerea*, aut *ἀγνώως ἐκοιμήθη*. Auctor Latinus Vitae Secundi ap. Barthium *Adversar.* Lib. XV. Cap. XVII. p. 816. *Ille illam caste in cubili ut matrem amplexatus est.* [O.]

τὸ εὐνηθεῖς τηρεῖ] Videtur legendum *ἐτήρει*. [Schier.]

παραστῆναι τοῖς λόγοις σου δυνάμενον] παραστῆ-  
ναι videtur h. l. esse suffragari vel victum cedere sermonibus  
tuis. [O.]

Τύρπωνι τινι] Τύρπων videtur esse vox ex Latino facta  
Turpio. Ita scil. ea aetate appellati fuerunt βωμολόχοι aut γελω-  
τοποιοί, qui sive in scena sive in conviviis turpibus et obscae-  
nis jocis cachinnos extorquebant auditoribus. Vide du Fresne  
Glossar. med. et infim. Latinit, qui citat Marium Mercatorem  
Lib. Subnotat. Cap. IV. §. 3. *Quis scenicus turpio, quis durio vel  
sannio professae licentiae turpitudinis publice ista proferret?*  
Germ. *Pickelhäring*, Fortassis a L. Ambivio Turpione, cujus me-  
minit Cicero de Senect. Cap. XIV, cognomen hoc fluxit ad alios  
scenicos, Vide ibi Gerhard. p. 91. [O.]

καὶ ἄλλα θηρία ἐπειθεῖν] Videtur esse debere ἐπει-  
θεῖς vel ἐπειθον. [Schier.] Omnino legendum ἐπειθον. Et aliis  
(dicit Turpio ille) hujuscemodi bestiis persuasi humano ore lo-  
qui, [O.]

σπεκουλάτωρα] Vox Latina etiam in SS. Literis obvia.  
Marc. VI, 27. καὶ εὐθέως ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτωρα  
ἐπέταξεν ἐνεχθῆναι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, ubi Theophylactus: σπε-  
κουλάτωρ ὁ δῆμιος λέγεται, στρατιώτης, ὃς πρὸς τὸ φονεῦν τέτα-  
κται, et Glossae Graecobarb. ap. du Fresne: Σπεκουλάτωρ — ὁ  
δῆμιος ἀποκεφαλιστῆς. Plura dat Schleusner, in Lex. N. Test.  
h. v. [O.]

χάρισαι ἑαυτῷ ζωὴν δι' αὐτοῦ λόγον] Scribendum  
διὰ τοῦ λόγου. [Schier.]

τοῦ βίου ἀπετάσσετο] Legendum videtur τῷ βίῳ.  
Ἀποτάσσεσθαι τινι, valedicere, renuntiare. Vox Hellenistica. Sic  
in Evangelio Luc. XIV, 33. ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ  
ὑπάρχουσιν, Verbum docte illustrat Schleusner. V. Cl. in Lexico  
N. Test. [O.]

Τῆς δ' ἐμῆς φωνῆς etc.] Haec in Vita Secundi Latina  
ap. C. Barthium ita exprimuntur: *Nemo dominus meae vocis, per-  
sonae autem vel araneus dominari potest.* [O.]

αὐταβοήθητα] h. e. ipsa sua natura tecta et munita, scil.  
adversus aëris vel tempestatis vim pestiferam. [O.]

Τυχάνεις δὲ σὺ etc.] Quae sequuntur, misere sunt cor-  
rupta et prorsus conclamata. Prima verba fortassis ista resti-  
tuenda; Τυχάνεις δὲ σὺ, ὦ Ἀδριανέ, φόβου πλήρης πλέων πνεύματι  
βαρυνῶν καὶ λιαρῶ, navigans vento vehementi. [O.]

Τὴν μὲν γὰρ οὐκ οἶδαμεν, πόθεν ἐστίν] Videtur



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Know Your Bible

Forgotten Books' Full Membership provides unlimited access to more than 28,000 volumes of Christian literature for \$8.99/month

**HOLY  
BIBLE**

**Continue**

\*Fair use policy applies

ἀκοίμητος ὀφθαλμός] Veteres quoque deo tribuerunt oculos. Incertus auctor in poetis Gnomicis pag. 217. (Hertel.). Ὁξὺς θεοῦ δ' ὀφθαλμός εἰς τὸ πᾶνθ' ὄραν. [Schier.]

φῶς] Sic et in N. Test. I. Joh. I, 5. ὅτι ὁ θεὸς φῶς ἐστὶ, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἐστὶν οὐδεμία. Sic etiam Zoroastrem, Gnosticos, Cabbalistas multosque Ecclesiae Patres adhibuisse hoc vocabulum ad describendam naturam dei purissimam et perfectissimam, docuit Krause in Comment. de usu vocabulorum φῶς et σκοτία in N. Test. Conf. doctiss. Creuzer. ad Plotin, de Pulchro p. 374 et seqq. [O.]

4. ἀρχὴ καὶ ἡμερινὴ] Ineptissima et puerilis plane definitio, quasi dicamus: *Der Tag ist der Anfang eines jeden Tages.* [O.]

δελινὴ ἀπότασις] Quid hoc sibi velit, fateor me non intelligere, nisi forsitan dilationem lucis usque ad vesperam aut ineuntem noctem diem dicere voluit scriptor ineptissimus. [O.]

φυσικὸν εἰσόπτρισμα] quod oculis nostris subjicit et quasi in speculo ostendit res creatas. Εἰσόπτρισμα vox ignota Lexicographis. [O.]

ἀερίζουσα μέριμνα] Cura vel sollicitudo aëria, h. e. *frustranea, cassa, ματαιία.* [O.]

5. Κοσμικὸς ἔλεγχος] i. q. ἔλεγχος τοῦ κόσμου, *index mundi, qui mundum nobis ostendit, facit, ut videamus.* Nil amplius. [O.]

καρπῶν περιβάλαιον] *frugum fomentum, quod calore lepi et temperato palli ad instar fruges fovet et a frigore tutatur.* Interpretes antiqui, quos dedi, omittunt haec verba. [O.]

κεχορηγημένη λαμπάς] Non male Holstenius: *fax semper suppetens.* Est propr. *lampas, lucerna adornata, parata, cui nunquam oleum deficit.* Imago petita a χορηγοῖς, quorum munus erat suis sumptibus curare, providere, ut omnia suppetent, quae requirebantur ad spectacula. Etiam haec verba omittuntur ab interpretibus antiquis. [O.]

6. Οὐρανοῦ πορφύρα] Quid hoc sibi velit, nescire me fateor, nisi imperitus scriptor lunam dicere voluerit *vestem purpuream,* quasi latum clavum coeli, sensu ineptissimo. [O.]

7. τύχης παίγνιον] Conferenda cum hac sententiā similis quaestio a Stobaeo servata Serm. XCVI. περὶ τοῦ βίου ὅτι βραχὺς pag. 533, ed. Turic. tert. Aristotelis nomen praefixum habens. *Τί γάρ ἐστιν ἄνθρωπος; ἀσθενείας ὑπόδειγμα, καιροῦ λάφυρον, τύχης παίγνιον, μεταπτώσεως εἰκὼν, φθάνου καὶ συμφορᾶς πλάστιγξ, τὰ δὲ λοιπὸν φλέγμα καὶ χολή.* [O.]

φρόντισμα χροῦ] Magis placet Codicis Gudiani le-

ctio φάντασμα χρόνον, *visum, spectaculum temporale*, i. e. quod non diu durat, mox evanescit. Et sic etiam Vinc. Bellov. et Alterc. Hadrian. *phantasma temporis*. [O.]

φωτὸς ἀποστάτης] i. q. φυγὰς βίου in var. lect. Cod. Gud. quasi σκιᾶς ὄναρ, ut inquit Pindarus. Nisi interpretari velimus morali sensu: *qui suam salutem aut felicitatem ipse fugit, deserere solet veram rectamque ad felicitatem viam*. [O.]

8: συνεσθιόμενον θηρίον] Ita legendum, non *συνεσθιόμενον*, quod in forma passiva vel media activo sensu non usurpatur. [O.]

ίματισμένη ἔχιδνα] *αἱματισμένη*, quod habet Codex Gud., melius quidem convenit v. ἔχιδνα. Praefero tamen vulgatum tanquam jocum tali auctore dignum. [O.]

ἀναγκαῖον κακόν] Observamus, mulierem ἀναγκαῖον κακόν etiam appellasse Menandrum Fragm. pag. 204 seq. pag. 230. ed. Jo. Clerici, ubi ita se habent:

Τὸ γαμεῖν, εἴαν τις τὴν ἀλήθειαν σκοπῇ,  
Κακὸν μὲν ἐστίν, ἀλλ' ἀναγκαῖον κακόν.

Item Philemon incertarum Fabularum Fragm. XXX. p. 350. ed. Clerici:

Ἀθάνατόν ἐστι κακὸν ἀναγκαῖον γυνή, [Schier.]

κεκοσμημένη Σκύλλα] Respicit ad versus Homericos Odyss. XII, 87. etc.

— αὐτὴ δ' αὐτε πέλωρ κακόν· οὐδέ κέ τις μιν  
Γηθήσειεν ἰδὼν, οὐδ' εἰ θεὸς ἀντιάσειεν etc.

et ibid. 223.

Σκύλλην δ' οὐκέτ' ἐμυθεόμην, ἄπρηκτον ἀνίην. [O.]

9. ἀνεύφραστος] Legendum omnino ἀνεύφραντος, ut habet MS. Gud. et confirmant Vincent. Bellov. et Alterc. Hadr. vertentes *injucunda delectatio*. [O.]

ὑψηλὸν πῶμα] Patet me haec non intelligere: Annon πῶμα, *operculum*, dicit divitias, quia sunt lubricum aliquid et inconstans quodque facile decidit tanquam operculum in vasculo? an vero, ut intellexisse videtur Holstenius vertens *summus rerum apex*, quia illis tanquam bonorum summo, quodque felicitatem suam compleat, plerique inhiant? Sed sensus exiret multo venustior dignusque scriptore meliori, si una litera addita legeremus ὑψηλὸν πῶμα, *casus de sublimi*, quia scilicet, gravius impingunt inque extremam calamitatem delabuntur divites et opulenti, bonis suis evoluti, adversam quippe fortunam ferre nescii. Vincent. Bellov. vertens *os excelsum* legisse videtur ὑψηλὸν στόμα. — Vulgata lectio si sana est, ὑψηλὸν πῶμα videtur significare



*operculum eminens, splendescens adeoque e longinquo conspicendum, quod tegit et obvolvitur mala, quae intus latent, curasque, quae versant in pectore fixae.* [O.]

ἀργυρικὸν σὺνθῆμα] i. e. signum pretii rerum argenteum hominum populorumque conventionione constitutum, ein durch Verträge (Convention) bestimmtes silbernes Zeichen des Werthes der Dinge. Eodem sensu Aristoteles Rhetor. Lib. II, Cap. XIII. ὁ δὲ πλοῦτος οἷον τιμὴ ἐστὶ τῆς ἀξίας τῶν ἄλλων; διὸ φαίνεται πάντα ὧνια εἶναι αὐτοῦ. [O.]

10. ἐπινοιωῶν διδάσκαλος, σοφίας ἀνεύρησις] Theocritus Id. XXI. init.

Ἄ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει,  
Αὐτὰ τῷ μόχθῳ διδάσκαλος. [O.]

ἀζημίωτος ἐμπορία] Nam

*Cantabit vacuus coram latrone viator.* [O.]

11. Ζητούμενον ὄνομα] Bene Altercat. Hadrian. *Desiderabile nomen*, i. e. nomen tantum, vocabulum, non res. [O.]

ἀνυπόστατον κειμήλιον] Auctor Altercat. Hadr. *vertens non invenienda possessio legit ἀνυπόστατον*, ut habet Cod. Gud. a verbo ὑποκτάομαι, quod videtur dubiae esse auctoritatis, neque reperitur in Lexicis. Vulgatum ἀνυπόστατον, nusquam existens, non sollicitandum. [O.]

12. πολυχρόνιον γέλασμα] γέλασμα passive, res risui exposita. Idem sonat proverbium apud Germanos: *Neunzig Jahr der Kinder Spott.* [O.]

13. ἰατρῶν κατόρθωμα] Male Holstenius *desideratus medicorum effectus*, cum sit correctio, emendatio eorum, quae deliquerunt medici. [O.]

ἀγρυπνοῦντων σοφία] Videtur his verbis idem significare voluisse, quod Cicero ait de Divin. Lib. I. Cap. XXX. *Cum ergo est somno sevocatus animus a societate et a contagione corporis, tum meminit praeteritorum, praesentia cernit, futura praevidet.* [O.]

πάσης πνοῆς ἡσυχία] Quamvis sic legerit auctor Altercat. Hadr.; tamen spondere ausim, haec esse corrupta. Quotusquisque enim vel imperitissimus scriptor potuisset somnum dicere *omnis spiritus vel aspirationis cessationem*? Annon legendum vel παντὸς πόνου ἡσυχία, vel, quod magis placet, mutatione lenissima, πάσης πονῆς ἡσυχία, h. e. *omnium furiarum* (h. e. dolorum vel tormentorum, quae animos exagitant,) *cessationem*? [O.]

καθημερινὴ μελέτη] Eleganter in eandem sententiam Seneca Tragicus in Octav. v. 740.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



lius Magn. Homil. εἰς μαρτ. Μάμαντα citat: a Bernold. ad L. Bos. Ellips. Graec p. 180. ed. Schaefer. ὅσοις προθεσσίας τοῦ βίου μακροτέρας ἐποίησεν, quibus produxit vitas terminum. Conf., qui vim v. optime exposuit, Dorville ad Chariton, Lib. III, Cap. II. pag. 348. ed. Beck. [O.]

*Annotationes in Sexti Pythagorei Sententias Graecas.*

1. Οὕτε ἐν ἰχθύσει φωνήν etc.] Hanc sententiam citat etiam Joannes Damascenus in Sacris Parallelis attribuens Sixto Romano. Vide ibi Lequien. Tom. II. pag. 362. [O.]

4. Σοφὸς ἀνὴρ etc.] Initium hujus Sententiae habuimus supra apud Demophilum Sent. No. 6., ubi vide Not. Citat etiam Joannes Damascenus in Parallelis Sacris Tit. XIV. περὶ τῶν ἑαυτῶν γλώσσαν φυλαττόντων. [O.]

8. Ἐμψύχων χρῆσις etc.] Vide Sext. Rufin. Sent. 101, et quae ibi adnotavimus. [O.]

14. Citat hoc Sexti Fragmentum Porphyrius in Quaest. Homer. 28., tanquam exemplum locutionis αἰδηλον ποιεῖν pro κτείνειν, ἀφανίζειν. An vero Sexti Pythagorei an alius sit, definire non ausim. [O.]

*Varietas Lectionis in Sexti sive Xysti Enchiridion a Rufino latine redditum, additis Urbani Godofredi Siberi notis selectioribus et animadversionibus Editoris,*

*P r a e f a t.*

*Rufinus Aproniano suo*] Paucis observo, hunc Apronianum eum esse, quem S. Melania sive Melanium Christo conciliavit. Vide Pallad. Hist. Lausiaca. Cap. CXVIII. p. 1034. (in Bibliothec. Patr.) cui et Origenes IX Homil. in Psalmos dedicavit. Uxor ejus Avita, singularis pudicitiae foemina. Pallad. Cap. CXXXIII. quam sororem Aproniani vocat, quia non conjugii deliciis amplius, sed sanctitatis exercitio sub fraternitatis titulo vacabant. Videatur Anton. Muratorius in Anecd. Lat. Tom. I. pag. 141, 142. Tillemont Mem. Tom. X. H. Noris Hist. Pelag. Lib. I, in Cenotaphiis Pisar. Diss. IV. C. 2. [Siber.]

*pretiosi obtines annuli locum*] Conjectio ex his verbis, titulum opusculi a Rufino versi fuisse: *Enchiridion, sive annulus aureus*, Ceterum Sententiarum istarum partem aliquam e

Sexto Pythagoreo conyersam fuisse docet, nos cum, Demophili Collectio, tum inprimis nuper reperta Porphyrii ad Marcellam Epistola, in quibus Graeca, Sexti verba servantur. Reliqua pars eaque multo major pure Christiana est, vel a collectore (sive is fuerit Sixtus II. Athenis oriundus, deinde Romanus Pontifex et martyr anno Christi 257. sive alius quis), vel ab ipso Rufino partim ex S. Literis, partim ex Scriptoribus Ecclesiasticis excerpta. Plura vide supra in Praefatione et Notitia Literaria. Ceterum in numero Sententiarum magna est in editionibus diversitas. Galeus, et Fuchtius, quos nos fuimus secuti, exhibent tantum 429; nos duas sententias in unam conjungentes 427; Erasmus autem et Siberus 465, partim Sententias, quasdam, quae in unam contractae leguntur apud Galeum, in duas, tres vel plures adeo dirimentes, partim novas nonnullas addentes, quae non leguntur apud Galeum, quasque nos in Annotationibus hisce exhibebimus. [O.]

1. *Fidelis homo electus homo est*] Hanc et sequentem Sententiam Christianas esse, non Pythagoricas, docet nos, ut bene Siberus observat, vocabulum *electus*, ἐκλεκτός, quod hoc sensu apud profanos scriptores frustra quaesiveris. Conf. Schröckhii *Christliche Kirchengeschichte* Tom. IV. p. 227. [O.]

2. *homo dei est*] Locutio Paulina I. Tim. VI, 11. Σὺ δὲ, ὦ ἀνθρώπε θεοῦ, φέυγε ταῦτα. Conf. II. Tim. III, 17. In veteri Testamento *homines dei* appellantur Prophetae, velut deo familiares; in novo autem, ut in locis illis Paulinis, episcopi. Clemens Alexandrinus Strom. II. §. 233. promiscue omnes Christianos hoc elogio decoravit, inprimis martyres: εἰ δὲ ὁ ἀναιρῶν ἀνθρώπων θεοῦ εἰς θεὸν ἀμαρτάνει, καὶ τοῦ ἀποκτινύντος αὐτὸν ἔνοχος καθίσταται ὁ ἑαυτὸν (l. αὐτὸν. O.) προσάγων τῷ δικαστηρίῳ. Pios sic appellat Philo Judaeus pluribus locis. Similiter tamen locuti nonnunquam et profani scriptores, v. c. Antoninus Imperator, dum ait: ἕστη ἀνθρώπος ἄξιός τοῦ γεννήσαντος κόσμον. [Siber.]

3. *qui deo dignus est*] ἀξιόθεος, qua voce frequenter usi Scriptores Ecclesiastici, v. c. Ignatius in Epist. ad Roman. Cap. I. init. Ἐπει. εὐχάμενος θεῷ ἐπέτυχον ἰδεῖν ὑμῶν τὰ ἀξιόθεα πρόσωπα. ubi vide Smith. pag. 316. ed. Frey. [Sib. et O.]

4. *Deo dignus est, etc.*] Graeca verba servavit S. Maximus in Eclog. Tom. II. Cap. I. περὶ βίου ἀρετῆς καὶ κακίας (Democrito attribuens hanc sententiam. O.): Θεοῦ, ἄξιόν σε ποιήσει τὸ μηδὲν ἀνάξιον αὐτοῦ πράττειν. [Siber.]

At quid nos impedit Sexto Pythagoreo adscribere hanc sententiam? cujus verba servavit nobis Porphyrius ad Marcellam Cap. XV. circa fin. Ἀξίαν ος ποιήσει θεοῦ τὸ μηδὲν ἀνάξιον θεοῦ μήτε λέγειν, μήτε πράττειν, μήτε πάντα εἶδέναι ἀξιοῦν. Post hanc Sententiam aliam addunt Erasmus et Siberus, vel potius eandem sententiam aliis verbis expressam: *Deo studens fidelis esse nihil, quod deo indignum est, agas.* [O.]

6. *mortuus est in vivo corpore*] Ita et S. Paulus locutus I. Timoth. V, 6. ἡ σπαταλώσα ζωὴα τέθνηκε. Ceterum non nego, Pythagoreos apostatis cenotaphia erexisse, ut desultores illos mortuos veluti designarent. (Vide Clément. Alexandr. Strom. Lib. V. pag. 574. ed. Colon. O.) Et Lysis Pythagoreus scribit in Epistola ad Hipparch. fin. Εἰ μὲν ὦν μεταβάλοιο, χαρησοῦμαι εἰ δὲ μὴ, τέθνακας μοι. [Siber.] Vide ibi Annot. nostr. Epist. Socrat. pag. 307. [O.]

7. *Vere fidelis est, qui non peccat*] Eadem ratione S. Joannes locutus est I. Jo. III, 6. Πᾶς ὁ ἐν αὐτῷ μένων οὐχ ἁμαρτάνει. Conf. Cap. V. v. 18. [Siber.]

*atque etiam in minimis caute agit*] Idem praecipit divinus Salvator Luc. XVI, 10. Ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ καὶ ἐν πολλῷ πιστὸς ἐστὶ, καὶ ὁ ἐν ἐλαχίστῳ ἄδικος καὶ ἐν πολλῷ ἄδικός ἐστι. [Idem.]

8. *in humana vita*] Sic Gale, Paris. Lugd. et Fuchte. Erasmus autem et Siber. *in vita hominum.* [O.]

9. *Omne peccatum impietatem puta*] Nam ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία, ut ait S. Joannes. [Siber.] Ceterum haec verba tanquam singularis sententia male dirimuntur a sequentibus: *Non enim manus* etc. apud Erasmus et Siberum. Bene conjungunt Paris. Lugd. Gale et Fuchte. [O.]

10. *Omne membrum corporis* etc.] Haec sunt, paucissimis mutatis, ipsa divini Salvatoris verba Matth. V. v. 29, 30. Conf. XVIII, 8. Marc. IX, 43—47. Similia tamen habet Porphyrius ad Marcellam Cap. XXXIV. init. [O.]

*quod invitatur te*] Sic Lugd. Gale et Fuchte. *quod suadet te* Erasm. et Siber. [O.]

